



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 41. Ad magnam illam gratiam misericordiamque impetrandam,
magnis peccatoribus, maximè consuetudinariis, ac recidivis, ordinariè non
sufficit vox ad Deum clamans, sed requiritur & manus, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

bus ultrò à Deo ordinariè non confertur, sed juxta solitum divinæ providentiæ ordinem necesse est ut multis & ferventibus precibus imploretur. Sic enim vult Deus, ob rationes cap. 22. allegatas. Videri potest Bernardus serm. 56. in Cant. c. 4. Si enim gratiam illam peccatoribus omnibus ultrò dari credidisset, non utique dixisset: *Sponsus quidem aequaliter atque indifferenter præfuso ubique est, divinæ utique præsentia Majestatis, & magnitudine virtutis; gratia tamen exhibitio- ne, seu inhibitione, quibusdam longè, quibusdam propè esse dicitur. Caterùm à Sanctis præ dispensatione ad tempus, & non ex toto, sed juxta aliquid aliquando se longè facit: peccatoribus autem, de quibus dicitur: superbia eorum ascendit semper; & iterum: iniquitatis sunt viæ eorum in omni tempore: semper valdeque longè est, atque in ira hoc, & non in misericordia.*

602 Et ratio id ipsum confirmat: si enim *adjutorium Dei*, ad implenda mandata necessarium, ne Sanctis quidem ultrò à Deo confertur, sed (ut Araus. II. dicit can. 10.) *etiam rogatis & sanctis semper est implorandum, ut... in bono possint operi perseverare.* Et si (secundum Tridentinum sess. 6. cap. 11.) gratia necessaria ad implenda Dei præcepta, ultrò non semper adest iustis, sed à Deo precibus est imploranda, juxta celebrem Augustini sententiam, ab eodem Concilio usurpatam: *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis:* Quomodo gratiam ad plenam conversionem necessariam Arauscanum & Tridentinum credit ultrò sic semper adesse peccatoribus, ut eam precibus implorare non debeant? Si etiam iusti (secundum idem Concilium Tridentinum ibidem) *cum timore & tremore salutem suam operari debent in laboribus, in vigiliis, in elemosinis, in orationibus, in jejuniis & castitate, ne à justitia excidant, sive ut in ea perseverent:* Quam magis peccatores, ut justitiam recuperent, à qua voluntariè exciderunt, eique, sive Spiritui gratiæ contumeliam fecerunt? Non enim facilius est justitiam voluntariè perditam recuperare, quam acceptam custodire. Immo id per se loquendo difficilius est, ut experientia docet, innuitque Ambrosius l. 2. de poenit. c. 10. dicens: *Faciliter inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congruè egerint poenitentiam.* Et ratio est, quia ad recuperandam justitiam, voluntariè perditam, necesse est ut totus homo, cum omnibus affectibus suis, sic mutetur, ut cupiditas, quæ fortior erat charitate, ipsamque proinde vincebat, à charitate vincatur. Facilius verò est, per charitatem jam fortiorem, cupiditatisque victicem, compescere cupiditatem, jam victam debilitatamque; quam cupiditatem, jam fortiorem & victicem, per charitatem superare. Facilius item fortiora ad vincendam cupiditatem auxilia habenti, ipsam vincere, quam non habenti auxilia tam fortia. Fortiora verò ad vincendam cupiditatem auxilia habet iustus, quam peccator. Cum copiosiora, uberiora & fortiora gratiæ dona in viva membra corporis sui Christus, tamquam caput infuset, quam in membra mortua. Denique cum insufficientiæ indigentiaque argumentum oratio sit, tantò quis magis indiget oratione, & operibus adminiculantibus orationem, quantò magis indigens est atque insufficientis. Atqui peccatores magis indigentes sunt quam iusti. Ergo.

CAPUT XLI.

Ad magnam illam gratiam misericordiamque impetrandam, magnis peccatoribus, maxime consuetudinariis, ac recidivis, ordinariè non Tom. III.

sufficit vox ad Deum clamans, sed requiritur & manus, & animus, magnis gemitibus, poenitentiaque laboribus, ad fores divinæ misericordiae pulsans: id est orationi jungenda sunt interna externaque poenitentia opera; non ut satisfactoria pro pena temporali, qua solvenda superest, culpa remissa; sed ut impetratoria gratia conversionis, remissionisque culpa mortifera, ac pena aeternæ.

603 Tanti momenti est veritas ista, ut inde tota ferè rectè administrandi Poenitentiae Sacramenti ratio, atque aded innumerarum animarum salus aeterna dependeat. Quapropter animus est omni argumentorum genere eam demonstrare. 1.º. quidem ex divina Scriptura. 2.º. ex unanimi Sanctorum doctrina. 3.º. specialiter ex Chrysofomo, quem præ cæteris opponunt juniores Casuistæ. 4.º. ex Summorum Pontificum oraculis. 5.º. ex Conciliis antiquis & novissimis. 6.º. ex eo quòd Ecclesia per tot olim sæcula magnos peccatores magnis ac longis poenitentiae laboribus, ad obtinendam peccatorum veniam, poenæque aeternæ remissionem, ac plenæ conversionis gratiam, ante sacramentalem absolutionem exerceri non præcepisset, si labores illos ad dictos fines necessarios non credidisset. 7.º. ex Ecclesiæ modernæ sensu, per publicas ipsius preces nobis manifestato. 8.º. ex eo quòd Concilium Tridentinum eundem sensum confirmet, dum Poenitentiae Sacramentum, sensu SS. Patrum, esse dicit *baptismum laboriosum.* 9.º. ex eo quòd hæretici calumniati sint Ecclesiam modernam, quòd, suâ de laborum illorum necessitate doctrinâ, sentiret, peccatores non justificari gratis, sed ex merito operum, seu laborum illorum. 10.º. ex eo quòd doctrinam de necessitate operum illorum, velut fidei, Ecclesiæque Catholice, etiam modernæ, doctrinam, unanimi calculo tradiderint fidei adversus Lutherum & Calvinum defensores. 11.º. ex eo quòd illum Ecclesiæ modernæ esse sensum, nos doceant Ecclesiæ Principes, gravissimi utique Cardinales & Episcopi. 12.º. ex Institutione Christiana Concilii Moguntini, Catechetibus Trevirensibus, & Enchiridio Concilii Colonienfis. 13.º. ex Sanctis novissimis, Thoma Villanova, Francisco Xaverio, Carolo Borromæo, & Francisco Salezio. 14.º. ex eo quòd ista sit doctrina præcipuorum Theologorum, etiam modernorum. 15.º. ab exemplo ipsorummet Barbarorum, Schismaticorumque Moscovitarum. 16.º. à validissimo rationum theologiarum firmamento. Quarum prima petitur ex eo quòd eadem hodie sit, quæ olim, criminum gravitas, non facilius proinde ex parte Dei eorum remissio, nec facilius peccatorum conversio. 17.º. ex eo quòd labores illos divina exigat justitia. 18.º. sicut & divina clementia ob spirituale bonum poenitentis. 19.º. ex eo quòd eisdem postulet reverentia Sacramento, & gratiæ sanctificanti debita. 20.º. ex eo quòd justitia perita sine illis non magis recuperari possit, quam habita conservari. 21.º. ex eo quòd dona caelestia Deus velit, magnis precibus, lachrymis, & laboribus, etiam à iustis impetrari. 22.º. ex eo quòd oratio sine jejuniis, &c. nihil magnum obtineat. 23.º. ex eo quòd assertam necessitatem probent rationes, quibus Augustinus probat conversionis difficultatem. 24.º. specialiter pro consuetudinariis, ex eo quòd prava consuetudo tamdiù maneat proxima peccandi occasio, quamdiù contrariis actibus non expugnatur. 25.º. ex eo quòd opinio contraria animabus non sit utilis, sed noxia.

Affertio probatur ex divina Scriptura.

604 **S**iquidem magnos fletus, poenitentiaque labores Scriptura exigit, nedum à justificatis, ad remissionem poenae temporalis, sed & à peccatoribus, ad remissionem culpae mortalis, poenaeque aeternae; ac per consequens ad impetrandam sufficientis conversionis gratiam, sine qua nulli adulto remittitur mortalis culpa, nec poena aeterna. Hieremiae namque cap. 4. v. 8. dicitur: *Accingite vos cilicis, plangite & ululate.* Quod utique peccatoribus Propheta dicit, ad lavandum à malitia cor ipsorum. Sequitur enim v. 14. *Lava à malitia cor tuum Hierusalem, ut salva fias.* Praecedit autem v. 4. *Circumcidimini Domino, & auferite praecipua cordium vestrorum viri Juda, &c.* Quali dicat, convertimini ad Dominum, cumque in finem accingite vos cilicis, &c. ut converti peccatorum veniam obtineatis. Ad obtinendam vero peccatorum veniam accingere se non debuissent cilicis, nec plangere & ululare, si absque externis huiusmodi poenitentiae laboribus, secundum ordinariam gratiae oeconomiam, converti potuissent.

Praeterea cap. 6. v. 26. Propheta dicit: *Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.* Quod si necessarium sit ad averteendam iram Dei temporalem; multo magis ad averteendam iram aeternam.

605 **S**ed & Joël. 2. v. 12. dicitur: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, & in fletu, & in planctu.* Ad peccatorum utique veniam obtinendam. Sequitur enim: *quis scit si convertatur & ignoscat?* Et nunquid jejuniis, fletu, & planctu opus esset ad effugiendam poenam temporalem, si istis opus non esset ad effugiendam poenam aeternam? Poenae quidem temporalis meminere Prophetae, sed ad figurandam poenam aeternam. Teste namque Apostolo 1. Cor. 10. v. 11. *haec omnia in figura contingebant illis.*

606 **Q**ua de re ne dubium superesset, Christi Praecursor Luc. 3. fructus dignos poenitentiae à peccatoribus exigit, ad fugiendam iram venturam, id est poenam ignis inextinguibilis, prout explicat ibidem v. 12. *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae.* Similiter Christus Luc. 13. poenitentiae actionem postulat ad fugiendum aeternum interitum: *nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Poenitentiae utique actionem, tam externam, quam internam, prout Authores omnes Ecclesiastici, Graeci, & Latini interpretantur. Enimvero à punitione poenitentia nomen accepit. Unde Luc. 10. v. 13. *in cinere* (inquit) *& cilicio poenitentiam egissent.* Et Luc. 11. v. 32. *Ni-nivita... poenitentiam egerant, ad praedicationem Jona.* Nemini vero incognitum est, qualem poenitentiam egerunt.

607 **A**postolus quoque Paulus Act. 26. *Annuntiabam, ut poenitentiam egerent, & converterentur ad Deum, digna poenitentiae opera facientes.* Quae opera? 2. Cor. 9. esse dicit non solum interna, sed & externa, sollicitudinem placandi Deum, fugiendique pericula peccati, defensionem contra relapsum, vindictam, seu punitionem peccati, &c.

608 **R**ursum idem Apostolus 1. Cor. 5. *Judicavi... trahere huiusmodi in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Ubi per interitum carnis, laboriosa poenitentiae externae opera, per quam maceratur caro, Zephirinus Pontifex, cumque ipso Ecclesia Romana & Carthaginensis intelligit apud Tertullianum lib. de pudicitia c. 13. sicut & Origenes hom. 24. in Levit. Pacianus parat. ad

poenit. Ambrosius lib. 1. de poenit. cap. 12. in fin. Augustinus lib. de fid. & oper. c. 26. fatique littera ipsa innuit. Carnis igitur macerationem, per laboriosa poenitentiae opera externa, ab incestuoso Corinthio Apostolus postulat ad salutem animae ipsius, ad plenam proinde ipsius conversionem. Unde post illam, non ante, ipsum absolvit.

Eadem requirit Frater Domini Jacob. 4. v. 8. *Emundate manus, peccatores, & purificate corda duplices animo. Miseri estote, id est affligimini, vel affligite vos, ut Graecus textus habet, & lugete, & plorate, risus vester in luctum convertatur, & gaudium in maerorem. Humiliamini in conspectu Dei, &c.*

Unde sic arguitur: Scriptura veteris & novi Testamenti, ad obtinendam peccatorum veniam, ac poenae aeternae remissionem, plenamque proinde conversionem (sine qua non conceditur peccatorum venia, nec poenae aeternae remissio) secundum ordinariam divinae misericordiae oeconomiam, requirit opera poenitentiae, non solum interna, sed & externa; utpote manifestè designata in veteri Testamento per *cilicium, jejunium, luctum, fletum, planctum*; in novo per *fructus dignos poenitentiae*, per *interitum carnis*, conversionem risus in luctum, &c. Ea igitur magni saltem peccatores facere debent ad obtinendam plenam conversionis gratiam, eaque mediante peccatorum, ac poenae aeternae remissionem. Siquae alia utriusque Testamenti sacra testimonia intellexerunt omnes sancti Patres, cumque ipsi Catholici omnes, qui fidem Catholicam Ecclesiamque contra Lutheranos, & alios haereticos scriptis suis defenderunt, ut ex sequentibus apparebit. Tridentinum vero sess. 4. prohibet, ne quis contra unanimum consensum Patrum Scripturam sacram interpretari audeat.

§. II.

Secundo probatur ex unanimi sanctorum Patrum & divina.

Unanimi quippe consensu SS. Patres docent, 611 magnis saltem peccatoribus remissionem culpae mortalis, poenaeque aeternae, ordinariè non fieri, nisi per magnos gemitus, & laboriosa poenitentiae opera.

Ita imprimis Zephirinus Papa, cum Ecclesia Romana apud Tertullianum l. de pudicitia eorum sensum referentem: *Hic jam carnis interitum* (de quo Apostolus 1. Cor. 5.) *in officium poenitentiae interpretantur; quod videatur jejuniis, & dedita opera mala tractationis, carnis exterminando, satis Deo facere, ut ex hoc arguuntur, fornicatorem, imò incestum illum Satana ab Apostolo traditum, non in perditionem, sed in emendationem, quasi postea veniam ob interitum, id est afflictionem carnis consecuturum. Igitur & consecutum.*

Ita etiam Tertullianus ipse l. de poenit. c. 9. 612 aiens, per exomologesim, id est poenitentiae labores & opera, interna & externa, aeterna supplicia extingui. Et c. 11. per ea Deum reconciliari peccatori. Capite vero 12. addit, non alio pretio Deum solum veniam largiri. Quamvis ergo Tertullianus, jam haereticus, conatu magno contenderit, externos poenitentiae labores, peccatorum veniam & remissionem non impetrare: ipsemet tamen, adhuc Catholicus, capite illo 9. cum Ecclesia dixerat, exomologesim id esse, ut in peccatorem ipsa pronuntians, pro Dei indignatione fungatur, & temporalis afflictione, aeterna supplicia extinguat. Et c. 11. *Macero & exorator, ut Deum reconciliem mihi.* Et cap. 12. *Gebennam exomologesim extinguit.* Nec alio, secundum ip-

fam, pretio veniam Deus largiri solet: nam quid tam inceptum, quam poenitentiam non explere, & veniam delictorum sustinere: hoc est pretium non exhibere, & ad mercedem manum mittere. Additque Dominum poenitentiam probationem prius inire, mercedem perennis vitae concessuram.

613 Similiter Origenes h. mil. 2. in Levit. Per duram & laboriosam poenitentiam fit remissio peccatorum.

614 Cyprianus lib. de laps. Iram & offensam ejus jejuniis, scilicet, planctibus sicut admonet ipse placemus. Quibus a morte animae liberantur. Putasne tu Dominum cito placari, quem verbis perfidis abnuisti? Putasne cum facile misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Ovario cum oportet impensius, diem luctu transigere, in cilicio & foribus volitari, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, elemosinis frequenter insistere, quibus a morte animae liberantur, si precem toto corde quis faciat, si veris poenitentiae lamentationibus & lacrymis ingemiscat, si ad veniam delicti sui Dominum iustus & continuis operibus insteterit, misereri talium potest. Epist. 7. Ad placandum & exorandum Dominum, non voce solâ, sed & jejuniis, & lacrymis, & omni genere deprecationum ingemiscamus. Epist. 55. ad Corneli. Pap. redarguens Presbyteros, sine acta prius poenitentia lapsos reconcilians: Datur, inquit, opera, ne satisfactionibus & lamentationibus iustus delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Pax verae fidei pacis mendacio tollitur. Eb l. de opere & elemos. Raphael Tob. 12. v. 8. ostendit, deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorum & operum accessione succurrant.

615 Idem tradunt reliqui Patres. Pacianus in parenesi ad poenit lapsi ad veniam proponit scilicet propheticum: Convertimini ad Dominum Deum vestrum, simulque in jejuniis, & fletu, & planctu, qui poterit tolerare salvabitur. Et cum Apostolo proponit interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Remedia denique suggerit ad impetrandam misericordiam, ne peccant: Siquis ad balneum vocet, recasare delicias, si quis ad convivium roget, dicere: ista se habebat, ego deliqui in Dominum, & perichlor in aeternum perire. Quod mihi epulas, qui Dominum lesi? Tenere praeterea pauperum manus, viduas obsecrare, Presbyteris aduolvi, exoratricem Ecclesiam deprecari, omnia prius tentare, quam peccare.

616 Ambrosius lib. 1. de poenit. c. 4. Deus expectat genitum nostrum, sed temporales, ut remittat peccatos, expectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam. Et ad virg. laps. c. 8. peccator, si si blipfi non pepererit, & futuram poenas, compensaverit, seipsum ab aeterno iudicio liberat. Chrysostomum specialiter dabimus & sequenti.

617 Augustinus serm. 34. de divers. c. 12. Sunt quaedam gravia & mortifera, quae nisi per vehementissimam molestiam humilitationis cordis, & tribulationis poenitentiae non relaxantur. Et serm. 58. de temp. Peccator, qui criminibus insuevit, cum ingenti rugitu & gemitu Deum sibi reconciliare contendat. Et in se bonis operibus contendat Dei imaginem reformare, ut inter filios mereatur agnosci a Patre, ne ab illa aeterna beatitudine, projiciatur in tenebras exteriores. V. in Append. serm. Aug. serm. 258. Et serm. 50. inter 50. homilias, nunc serm. 351. tres actiones poenitentiae distinguens, quarum una agit ab adultis ante baptismum; altera a iustis per totam vitam: Tertia inquit actio poenitentiae est, quae pro illis peccatis subeunda est, quae legis Decalogus continet, & de quibus Apostolus ait: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. In hac ergo poenitentia, majorem quisque in se severitatem debet exer-

cere, ut a seipso iudicatus non iudicetur a Domino, &c.

Prosper, seu potius Julianus Pomerius lib. 2. 618 de vit. contem. c. 7. Si inquit peccatores ipsi iudices fiant, & velut suae iniquitatis ultores, voluntariam poenam severissimam animadversionis exercent, temporalibus poenis mutabunt aeterna supplicia, & lacrymis ex vera cordis compunctione fluctibus resinguent aeterni ignis incendia.

619 Caesarius Arelatensis homil. 1. Mortificatione praesenti futurae mortis sententia praeventur, dumque exterior afflictio voluntaria distractionis infertur, tremendi iudicii offensa se datur, & ingentia debita labor solvit exiguus, quae vix consumpturus erat ardor aeternus. Et homil. 8. Nisi peccator dignè, si habuerit spatium, longo tempore poenitentiam egerit, & largas elemosinas erogaverit, aeterna illa flamma sine remedio cruciatur. Ex quo loco colligitur, ista poenitentiae opera non esse semper necessaria in re, sed aliquando sufficere in voto, seu proposito, dum utique per temporis angustiam, viriumve defectum, in re impleri non possunt. Sermone etiam 59. qui in Biblioth. PP. est hom. 14. Laborem inquit, ne nobis crimina, vel capitalia peccata surrepant, si vero in hoc malum fuerit aliquis diabolica calliditate prostratus, cum ingenti rugitu & gemitu Deum sibi reconciliare contendat. Nec erubescat poenitentiam agere, sed cito in se bonis operibus contendat Dei imaginem reparare, ut inter filios mereatur agnosci a Patre: ne ab illa aeterna beatitudine exclusus, & a convivio nuptiali projectus, ligatus manibus & pedibus projiciatur in tenebras exteriores.

620 Gregorius Magnus hom. 10. in Evang. A regione nostra superbiendo, inobediendo, & c. discessimus, sed ad eam necesse est, ut flendo, abediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refranando redeamus.

621 Ildorus in exhort. ad poenit. dicit quod per poenitentiae labores anima de sempiterno interitu salutis perpetuae restauratur. Haec est enim via, per quam de inferis ad caelum recurritur, de peccato ad iustitiam reditur, de offensione ad gratiam revocatur.

622 Gregorius VII. in Concilio V. Romano moxiet peccatorem, nondum ad veram poenitentiam perductum, ut interim quidquid boni facere poterit, faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad poenitentiam. Quod etiam mox Poenitentiale Romanum tit. 9. c. 14. & Urbanus II. in Concilio Claromont. c. 22.

623 Petrus Damianus in suo Gomorrhiano c. 22. Quisquis, ne scilicet turpitudinis se contagione sedaverit, nisi fructuose poenitentiae fuerit satisfactio ne purgatus, nunquam habere Dei gratiam poterit, nunquam Christi corpore & sanguine dignus erit, nunquam caelestis patris limen intrabit.

624 Alia aliorum Patrum ad idem testimonia Morinus exhibet c. 12. citato. Illis addi possunt testimonia Sanctorum, qui supra c. 38. docent, peccatoris, in grave crimen lapsi post baptismum, conversionem ordinatè laboriosam, difficilisque esse. Neque enim talis esset, si absque magno labore & planctu fieri soleret. Sed quid opus est ad antiquos Patres recurrere (ait doctissimus piffimusque Card. Aguirius disert. 8. ad Can. XI. & XII. Concil. Tolet. III. excurtu 10.) in re adeo manifesta omnibus istis poenitentibus & sacerdotibus, qui stupore quodam, aut ignorantia extremâ non ariserunt communem sensum?

§. III.

Consultantur Juniorum ad duo superiora argumenta responsione.

625 AD sacra testimonia §. 1. ex veteri Testamento producta respondent aliqui Juniorcs, ca 3

ad novum Testamentum non pertinere. Tum quia in veteri Testamento ad peccatorum remissionem opus fuit contritione perfecta; nunc autem sufficit imperfecta. Tum quia Deus nunc miseretur copiosius, ignoscitque facilius, quam in veteri lege.

Respondeo assumptum istud tolerari non posse: quia, teste Apostolo Rom. 15. *quaecumque . . . scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*; in tantum, ut illa etiam, quae Judaeis in figura contigerunt, scripta sint *ad correptionem nostram*; ut asserit idem Apostolus 1. Cor. 10. Quod sicut in aliis omnibus, sic in iis quae de poenitentia scripta sunt, praecipue locum habet; utpote quae ad novum Testamentum proprie pertinere constat ex praedicatione Christi, Praecursoris, & Apostolorum de necessitate poenitentiae ad peccatorum remissionem. Necon ex Tridentino sess. 14. c. 1. testimonium inducent Propheticum, *Convertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris*. Et cap. 4. clamores sanctorum poenitentium veteris Testamenti, exemplumque Ninivitarum allegant. Quod & moderna facit Ecclesia, prout videbitur §. 8. & seqq.

626 Tam ergo in novo Testamento, ad obtinendam gratiam contritionis imperfectae, quam in veteri, ad obtinendam gratiam contritionis perfectae, opera poenitentia ordinariè requiruntur. Nec verum est quod in nova facilius ignoscat Deus, quam in veteri lege, hoc sensu, quod in nova lege poenitentia opera non requiratur, sicut in veteri; sed hoc dumtaxat sensu, quod copiosiores in nova gratias per effusum Filii sui sanguinem largiatur, per quas peccator efficacius movetur ad agenda poenitentiam, quam in veteri lege. Quo etiam sensu miseretur copiosius, quia plures in nova lege ad poenitentiam Dei gratia & misericordia adducit, quam in veteri.

627 Secundò ad testimonia Patrum, Steyartius in suis de poenitentia Aphorismis §. 15. n. 7. respondet, ea debere explicari juxta disciplinam illius temporis, quae hodie desuit: ex sanctis proinde Patribus probari non posse, opera poenitentiae hodie requiri. At responsio ista minus adhuc tolerabilis est. Tum quia sic respondere, est omnes SS. Patrum sententias evadere, totamque ipsorum de poenitentia doctrinam, ad stabilendos hodie nos mores inutilem reddere; quatenus basis est, ac fundamentum totius Religionis ac vitae Christianae; utpote quae (juxta Trident. sess. 14. tit. doctrina de Sacram. extrem. unct.) *perpetua poenitentia esse debet*. Tum quia non minus regulas morum, quam fidei, oportet nos à SS. Patribus accipere. Tum quia suas illas de poenitentia regulas SS. Patres ex divinis testimoniis §. 1. relatis desumpserunt; regulae proinde illae aequè immobiles sunt ac invariables, quam illae quas divina Scriptura tradit; quae eum continent jus naturale vel divinum, per humanam in contrarium consuetudinem abrogari non possunt. Tum denique quia SS. Patres non solum fuerunt à Deo dati Doctores Ecclesiae sui temporis, sed Ecclesiae etiam modernae; quae propterea ipsos velut Doctores suos agnoscat ac veneratur, eorumque testimoniis utitur, sicut & Theologorum Principes, Magister sententiarum, S. Thomas, &c. eorum testimoniis utuntur ad suam de moribus ac de poenitentia doctrinam stabilendam. Ergo non solum à Deo dati sunt, ut ab ipsis didiceremus disciplinam illius temporis, jure humano institutam; sed ut ab ipsis didiceremus morum ac poenitentiae regulas jure naturali vel divino praescriptas.

628 Tertio Author tractatus de operibus poenitentibus respondet, sanctos Patres vel agere de peccatoribus publicis, v.g. Idololatriis, Apostatis, & similibus, seu etiam consuetudinariis, obduratis, &c.

non de peccatoribus ordinariis, v.g. fornicatoribus; vel agere aduersus Novatianos, non admittentes, per poenitentiam peccata remitti; vel contra haereticos alios, negantes necessitatem satisfactionis in poenitentia.

At recipi etiam non potest ista responsio; quia licet ipsorum nonnulli de Apostatis agant, & Idololatriis; eorum occasione magis omnibus peccatoribus remedium generale praeribunt, opera scilicet poenitentiae, ut Cyprianus l. de lapsis, ubi postquam varia lapsorum genera descripsit, variisque eorum remedia praeripit, de iis etiam loquitur, qui nullo sacrificio, aut libelli facinore conficti fuerant, sed de hoc tantum cogitaverant; tandemque ad omnes generatim peccatores sermonem convertit, dicens: *Convertamur ad Dominum mente tota. . . . Rogare qualiter debeamus, dicit ipse: Revertimini, inquit, ad me ex toto corde vestro, simulque in jejuniis, & fletu, & planctu, &c.* Pacianum etiam loqui de lapso vel semel in fornicationem, ostendit Card. Aquinas in paranesim Paciani n. 157. Ambrosium quoque generaliter loqui, videre est l. 1. de poenit. c. 11. & 12. Idem de aliis Patribus facile est ostendere.

Etiam plerique Novatiani apud Ambros. l. 1. de poenit. cap. 2. aiebant se, exceptis gravioribus, quibusdam criminibus relaxare veniam. Non itaque mortalia omnia censuerunt per poenitentiam irremissibilia. Imò nec Montanista: cum Tertullianus (jam Montanista) l. de pudicitia peccata distinguat in remissibilia & irremissibilia. Opera denique poenitentiae à sanctis Patribus nedum requisita fuisse ut satisfactoria, sed & ut imperatoria gratia & venia, liquet ex allatis ipsorum testimoniis.

Quarto aliquis fortasse respondebit, testimonia Scripturae & Patrum nimium, adeoque nihil probare. Requirit enim jejunia, cilicia, &c. quae tamen necessaria non sunt.

At testimonia illa non eò protulimus, ut ex iis probaremus necessitatem jejuniorum, ciliciorum, &c. sed necessitatem operum externorum; quae tamen necessariò non esse debent ea ipsa, quae verbis suis exprimunt: sed vel illa, vel aliqua alia, loco, tempore, disciplina Ecclesiae, & personarum circumstantiis, peccatorumque gravitate, numero, duratione, tenacitate, &c. accommodata ac proportionata; adeoque in aliis majora, in aliis minorata. Non quasi haec ita necessaria sint, ut sine iis peccator Deo reconciliari absolute non possit; sed quòd ista sit via ordinaria, per quam, & non aliter Deo reconciliari solet, prout explicatum est supra. Siqua testimonia Patrum amplius exigere videantur, secundum Ecclesiae modernae disciplinam sic moderanda sunt, ut tamen id quod divini juris est, maneat inconcussum. Et quamvis haec dicta vera sint, valida nihilominus foret absolutio peccatoris, qui nulla opera poenitentiae externa praemisisset, si interna satis contritus existeret. Neque enim opera illa externaneccelsaria sunt, necessitate Sacramenti, sed necessitate medij, ad obtinendam debitam contritionem ordinariè requisit.

§. I V.

Tertia probatio assertionis specialiter ex Chryso-stomo, quem praeter ceteros pro se allegans aduersari.

Ipsi namque hom. 12. in epist. ad Hebr. in Moysi rali dicit, quòd qui cecidit in barathrum peccati, multo eget poenitentia tempore, lacrymisque ac planctibus, majorique ac vehementiori lamentatione, quam quae propter charissimos offenditur, ut ab inquinamento peccati sui abluatur. Et hom. 9. in eandem: *Si iterum lapsi simus. . . . dedit medicamentum poenitentiae, quod sufficit ad delenda, & abstergenda omnia peccata nostra, si modo videt*

rimus ejusmodi sit medicamentum pœnitentiæ, & quomodo conficitur. Dicit autem confici 1. ex suorum peccatorum condemnatione & confessione. 2. ex multa humilitate. 3. ut adjungit cor contritum, paratum ad male patiendam; quia contritio, etiam si affecta contumeliosis, etiam si male passa, quiescit, nec concitatur ad vindictam. Post hæc (inquit) opus est intensis precibus, multis lacrymis, multa elemosyna. Deinde non irascens, neque injuria acceptæ meminisse, omnibus peccata remittere. Quibus jejunium addit serm. 1. de jejunio: Jejunia ut audiaris. sit jejunium propter conversionem. Homil. de Jona Propheta: Ad veram pœnitentiã quid aliud nisi jejunium necessarium est? Hom. 27. in Genes. Deus exauditurus est nos, si voluerimus. quadragesimali jejunio subsidio non abuit, & excusã suorum continuis precibus placare Dominum, calentes profundere lacrymas, delicta nostra seculi confiteri, necnon & alia que exiguntur asserre, animo (inquam) contereri & compungi, elemosynam dare largam, affectiones que mentem nostram perturbant, refragare. ita ut neque injurias istas vindicare cupiamus, &c. Peripica sunt verba ista, nec commentario indigent. Opera namque pœnitentiæ externa & interna requirit ad abluendum peccati inquinamentum, ad delenda peccata nostra, ad veram pœnitentiã, propter conversionem, ad placandum Dominum.

631 Unde homil. 14. in 2. ad Corinth. in Morali ad Sacerdotem ait: Vinculis eum, qui facinus improbum admisit, coercere, siquidem Deum ipse sibi propitium ac placidum reddiderit. ac turpibus divine ire (id est dolorosæ laboriosæque pœnitentiæ) vinculis constringe. Si vincula ejusmodi ipse injecero, Deus non jam vincies: si autem in vinculis eum non tenero, ejusmodi eum vincula manent, que frangi nullo modo queant. Si enim nos ipsos judicavimus, non utique judicavimus.

Tandem vero ipsum vinculis istis detinendum dicit, donec in melius fuerit commutatus. Ad hanc quippe objectionem: verum sat diu penas expendentur. Respondet: Quamdiu queso? Annum unum & alterum, aut tres? Atque temporis moram non quero, sed anime correctionem. Hoc itaque fac demonstras, sintne compuncti, sintne in melius commutati (ad hoc ergo penas illas requirit) & res tota consecrã erit. Quod nisi ita sit, nihil profectò temporis diuturnitas evoluturienti attulerit. Neque enim sepius obligatum vulnus fuerit, queramus, sed an obligatio illi quidquam profuerit. Ac si quidem etiam ad exitum tempus adhibita profuit, non jam amplius adhibeatur. Si autem nondum eam adhibuisse juvat, etiam post decem annos adhibeatur. Alia Chrysofostomi testimonia habes cap. 37. §. 6. & cap. 38. §. 4.

§. V.

Quarta probatio ex Summorum Pontificum pronuntiati.

632 Zephirini Papæ ea de re pronuntiatum n. 611. vidimus. Audivimus etiam n. 620. Gregorium Magnum. Et n. 622. Gregorium VII. S. Innocentius I. epist. 22. c. 4. assumit ut à Catholicis omnibus concessum, per satisfactiones, seu labores pœnitentiales, crimina purgari, seu auferri. Cum enim Catholicis quidam hæreticos ad Ecclesiam redeuntis recipere, cum honoribus quos in hæresi obtinuerant, prætextentes ordinationis benedictione crimina omnia auferri. Ergo si ita est (ait Pontifex) applicentur ad ordinationem sacerdotii, adulteri, &c. quia benedictione ordinationis crimina... putantur auferri. Nullus sit pœnitentiæ locus; quia id potest præstare ordinatione, quod longa satisfactio præstare consuevit. Similiter S. Leo ser. 5. de collectis & elemosynis: Elemosynæ (inquit)

peccata delent, mortem perimunt, & sanam perpetui ignis extinguunt. Idem ergo dereliquis operibus pœnitentialibus censuit, eaque ad id necessaria magis saltem peccatoribus satis inuit, dum epist. 91. non solum dicit, quod per pœnitentiã medicinam spes vite reparatur æternæ, sed & addit à Christo traditam Præpositis Ecclesiæ potestatem ipsos reconciliandi, sed hæc conditione, salubri satisfactione purgatos. Denique Urbanus II. in Conc. Claromontano c. 22. magnum peccatorem monet, ut jejunet, & elemosynas det, ut ad veritatis viam possit reverti.

§. V I.

Quinta probatio ex Conciliis antiquis & novissimis.

633 Non sunt enim Canones Conciliorum Eliberritani, Ancyrani, Arclatenis I. Niceni I. Agathensis, Epainensis, &c. quibus magni ac diuturni labores pœnitentiales peccatoribus magnis, ad impetrandam Dei misericordiam, peccatorum veniam, vitandamque inferni gehennam indicuntur, nec nisi iis adimpletis absolutio conceditur. Numero quoque 622. exhibuimus Con. Roman. V. sub Gregorio VII. peccatores admonens, qui nondum plene dispositi sunt ad pœnitentiã, ut interim faciant quiddam boni poterunt, ut omnipotens Deus cor eorum illustret ad pœnitentiã. Conc. item Claromontanum magnum peccatorem monens, ut jejunet, & elemosynas det, ut ad veritatis viam possit reverti. Canones illos Spiritu Dei conditos Leo Magnus testatur epist. 44. In totum non esse negligendos, Concilia novissima, Mediolanense anni 1565. Bituricensis an. 1584. Pægenis an. 1605. Osnabrugense an. 1628. satis significant, dum declarant, eorum notitiã Confessariis esse necessariã. Ad quid? Non ut eos ad amissim sequatur in praxi, quoad ea que sunt disciplinæ (utpote hodie per piæ Matris Ecclesiæ indulgentiam moderate) sed quia si omnia, que ad pœnitendi modum pertinent, non prudentiã solum & pietate sed justitiã etiam metienda sunt (ait S. Carolus Borr. in Sacramentali Ambrosiano) certè norma hæc à Canonibus Patris sumatur oportet. Sunt namque ii quasi regulæ quedam, quibus cum ad culpam commisit gravitatem cognoscendam, tum ad modum obtinendi conversionem plenam, tum ad impetrandam pro ratione gravitatis peccati veram pœnitentiã Sacerdotes Confessarii dirigantur. Unde idem S. Carolus in eodem Sacramentali (quod virorum pietatis studio flagrantium, & doctrinæ laude clarorum auxilio adjutus, sex interim Concilii Provincialibus celebratis, elaboravit) tit. Instructio pœnitentiæ, conformiter ad sacros Canones illos sic ait: Parochus... maxime videbit, ne pro peccatis gravibus levissimam pœnitentiã imponat: id quod Confessoribus, & pœnitentibus periculosum est: cum id à sacris Litteris, & à Conciliorum Decretis, & à SS. Patrum sententiã alienum sit. Nam divina Littera, ab iis qui pœnitentiã agunt, hoc efflagitant, ut fructum dignos pœnitentiæ faciant, atque ad Dominum convertantur in jejunio, & fetu, & plantu, &c. Videri possunt Acta Ecclesiæ Mediolanensis edit. Paris. an. 1645. à pag. 405. ad 417.

§. V I I.

634 Sexta probatio, ex eo quod Ecclesia per tota secula, magnos olim peccatores, magnis ac longis pœnitentiæ laboribus, ad obtinendam peccatorum veniam, pœnæque æternæ remissionem, ac plenam conversionis gratiam, ante absolutionem exerceri non jussisset. Si id ad dictos fines necessarium non censuisset.

Constat ex dictis c. 15. 18. & 19. quod Ecclesia olim, præcunte Apostolo 1. Cor. 5. longa & laboriosa pœnitentiæ opera, jejunium, stetum, plantum, corporis macerationem, &c. magnis peccatoribus, in sacris Canonibus præscriptis;

nec ipsos sacramentaliter absolvi permiserit, nisi postquam opera illa sedulo exequendo, se conversos probarent. Decem quoque argumentis c. illo 19. probatum est, decipi Juniores, aientes, abolutionem ad finem subtrationis, vel confitentia dilatam, non fuisse sacramentalem, sed caeremonialem dumtaxat. Et ibidem ostendimus varias quidem istius disciplinae rationes fuisse, nimirum ad fideles à magnis saltem criminibus deterrandos; ad conversionem internam Ecclesiae comprobendam, &c. Præcipuam tamen rationem fuisse, ut per opera ista peccatores necessariam cordis contritionem, eaque mediante peccatorum veniam, poenæque æternæ remissionem obtinerent, uti sapienter observavit Maldonatus to. 2. de Sacram. c. 2. Estius in 4. dist. 15. §. 10. Lensæus l. de Eccles. satisf. c. 1. & seqq. Albaspinæus Episc. Aurelianensis, observ. 22. Neraçelæus Episc. Castoriensis in Amore suo poenitente p. 2. c. 14. §. 2. Morinus l. 1. de poenit. c. 10. & l. 3. c. 11. & 12. in fine. Sylvius ad Supplem. q. 14. concl. 2. Card. de Aguirre dissert. 8. in Can. XI. & XII. Conc. Tolct. Illi. excursu §. n. 203. aient, eas macerationes diuturnas ab Ecclesia injunctas fuisse, ut iis mediantibus impetrarent à Deo remissionem peccatorum, sive (quod perinde est) nova auxilia gratiæ, quibus converterentur, & omnino placarent Majestatem Dei offensam.

635 Unde sic argumentor: Ecclesia olim laboriosa peccatoribus injunxit poenitentia opera ante sacramentalem abolutionem peragenda, ut per ea à Deo impetrarent necessariam contritionem, seu cordis conversionem, eaque mediante sacramentalem peccatorum remissionem. Censuit ergo opera illa necessaria, regulariter loquendo, ad impetrandam sufficientem contritionem, sacramentalemque peccatorum remissionem. Admissio antecedente consequentia negari non potest: frustra namque ad finem illum opera tam laboriosa exegisset, si ad finem illum nullo modo necessaria censuisset. Antecedens negant quidem hæretici, Lutherus, Calvinus, Melancthon, &c. sed cum Patribus affirmant hæreticorum debellatores Catholicis, uti videbitur infra §. 11. Eritne hodie Catholicus, qui cum hæreticis illis sentire malit, quam cum Patribus & Catholicis Scriptoribus, quos ad hæreticos illos debellandos Deus suscitavit? Quos nullus sapiens negare potest, Ecclesiam quoad hoc sensum probe intellexisse. Ah! hæc Ecclesiam causam malè defendissent. Malè proinde Deus Ecclesiam providisset tales defensores circa Ecclesiam sensum unanimiter errantes, in re non-parvi momenti, in qua Ecclesiam contra hæreticos defendebant.

636 At, inquiunt adversarii, iste quidem fuit sensus veteris Ecclesiae; sed alius est sensus modernæ. At contra: rationes principales, ob quas laboriosa olim poenitentia opera ante peccatorum remissionem necessaria olim censuit, probant adhuc hodie necessaria esse, uti constat ex dictis c. 24. Cum igitur, variatâ licet disciplina, variatus non sit, sed idem permaneat Ecclesiae spiritus, in eundemque finem collimet, ut probatum est c. 23. eademque proinde rationes principales sibi Ecclesia hodie proponat, quas sibi olim proposuit: Si ob rationes illas olim Ecclesia censuerit ante peccatorum remissionem laboriosa poenitentia opera magnis saltem peccatoribus esse necessaria, id etiam moderna censet Ecclesia. Maxime cum ratio principalis istius necessitatis petatur ex jure divino, sive ex Scriptura veteris ac novi Testamenti, unanimi SS. Patrum sensu sic intellecta, ut visum est supra: Jus autem divinum idem sit hodie, quod fuit olim. Nec certè alia est hodie, quam fuit olim, divina gratiæ in convertendis peccatoribus disciplina, nec alius divina providentiæ ordo. Nec alius quoad hoc sensus Ecclesiae modernæ, quam veteris, pro-

ut ostendi n. 609. & amplius probabunt argumenta §. 8. 9. 10. 11. 12. & seqq. deducenda.

§. VIII.

Septima probatio ex Ecclesiae modernæ sensu, nobis innotescente ex publicis precibus ipsius.

Quia videlicet etiamnum Ecclesia, in publicis precibus suis, aperte significat, Deum laboriosis poenitentia operibus placandam, ad misericordiam ipsius, seu peccatorum veniam, poenæque æternæ remissionem impetrandam. Optime id probat Eruditis. Obstratus ex Pont. Rom. tit. de expuls. publicè poenitentium in fer. 4. Ciner. in quo Pontifex, vel Archiepiscopus, imponendo cineres super capita singulorum, dicit: *memento... Age poenitentiam* (in cilicio utique, quod ipsi paulo post imponit) *ut habeas vitam æternam*. Imponendo verò cilicium, orat ut poenitens illud portando veniam & indulgentiam divinae misericordiae consequatur. Orat etiam Deum, ut satisfactio placatus, non inferat ipsis mortem æternam. Ac tandem monet poenitentes, ut jejuniis, orationibus, peregrinationibus, eleemosis, & aliis bonis operibus invigilent, ut Dominus ad dignum fructum poenitentiae eos perducatur.

Deinde feriâ 5. post Cineres sic orat: *Deus qui culpâ offenderis, poenitentia placaris. Deus qui peccatoribus per jejunium veniam præbes. Feriâ 4. post Domin. 4. Quadrag. Nostra tibi, quaesumus, Domine, sint accepta jejunia, quæ nos... expianda tuâ gratiâ digno efficiant.* Et feriâ 3. post Dom. Pass. *Peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicii deputemur æternis.* Igitur Ecclesiae, etiam modernæ, sensus est quòd poenitentia operibus Deus offensus placetur, peccatorum veniam impetretur, mors æterna vitetur, peccator ad veram poenitentiam perducatur, & à supplicii æterni liberetur.

Eundem Ecclesiae modernæ sensum §. 9. seqq. probabimus ex Conc. Trid. Necnon ex eo quòd Ecclesiam modernam Lutherani & Calvinistæ calumniari sint, quòd sua de necessitate poenitentia operum doctrina contradiceret Apost. Rom. 8. dicenti justificari hominem gratis. Ex unanimi quoque testimonio & consensu eorum, qui circa tempus exortarum hæresum, Lutheranae & Calvinianæ, fidem Catholicam, Ecclesiamque modernæ doctrinam adversus hæreses illas defenderunt. Denique ex Sanctis novissimis, atque ex gravissimis Cardinalibus & Episcopis, seu eorum Instructionibus, Catechesibus, & Litteris Pastoralibus, à quibus (utpote Ecclesiae Principibus) Ecclesiae modernæ sensum discere nos oportet, potius quam à privatis Casuistis novaturicentibus.

§. IX.

Ostava probatio ex Concilio Tridentino.

Certum est 1^o. Ecclesiae modernæ sensum contineri in hisce verbis Conc. Trid. sess. 14. c. 2. *Alius est præterea baptismi, alius poenitentia fructus. Per baptismum enim Christum induentes, novam prorsus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem & integritatem, per Sacramentum Poenitentiae, sive magnis nostris stentibus & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus; ut nec ita poenitentia laboriosa quidam baptismus à SS. Patribus dictus fuerit.*

Certum est 2^o. eo sensu poenitentiam à Conc. Trid. laboriosum quemdam baptismum appellari, quo appellatus fuit à Patribus, in quorum autoritate se fundat. Atqui certum est 3^o. poenitentiam eo præcipue sensu baptismum laboriosum à SS. Patribus

Patribus appellatam, quod per eam culpæ mortalis, pœnæque æternæ remissio, sine magnis nostris fictibus & laboribus ordinari non fit. Ergo certum est eam eodem sensu laboriosum baptismum appellari à Tridentino. Quod autem illo præcipue sensu à SS. Patribus appellata sit baptismus laboriosus, sequentia ipsorum testimonia manifestant.

641 Siquidem hoc sensu Clemens Alexandrinus apud Eusebium l. 3. histor. c. 17. vel 23. scribit, Juvenem, post baptismum in scelera grandia lapsam, & S. Joannis Apostoli exhortatione conversum, carnis maceratione, orationibus & lachrymis secundò baptizatum, scelus veniam obtinuisse.

642 S. Gregorius Nazianzenus orat. 50. in sancta lumina: Quintum (inquit) locum lachrymarum baptismus tenet; verum asperior est, & laboriosior; quo quidem ille tingitur, qui per singulas noctes lectum suum ac stratum lachrymis lavat. ... qui lugens & contritus ingreditur; qui Manassis respicientiam, ac Ninivitarum humilitatem (qui misericordia remissionis peccatorum impetrata est) imitatur; qui Publicani verbis in templo utitur, ac supra insolentem & superbum Phariseum justificatur; qui denique Cananæ in modum deprimitur, & misericordiam implorat, &c.

643 Theodoretus in epitome divinorum Decretorum cap. de pœnit. in fine: Sunt ergo medicabilia, etiam que post baptismum sunt, vulnera; medicabilia autem, non, ut olim, per solam fidem datâ remissione, sed per multas lachrymas, & fletus, & lacrimas, & jejunium, & orationem, & laborem, facti peccati quantitati respondentem. Qui enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec divina eis facile impetrari. Nolite, inquit Christus, dare sanctum canibus, nec margaritas porcis. Has habet Ecclesia leges de pœnitentia. Hoc itaque sensu pœnitentia baptismus laboriosus à SS. Patribus dicitur.

644 Unde etiam S. Chrysostomus homil. 4. de pœnit. lachrymas pœnitentiales secundum baptismum appellat: Petrus tunc sentiens capis flere, & non flevit modo, sed amarè, secundum baptismum per lachrymas ex oculis ostendens. Cumque flevisset amarè, delevis peccatum.

645 Anastasius Sinaita orat. in Psal. 6. narrat historiam, quæ tempore Mauritii Imperatoris contigit, de indigni prædone, quem morti proximum sic orantem inducit: Quo modo illos, qui, post undecimam horam venientes, nihil dignum mercede effecerant, admisisti; eodem & meas, meas hæc exiguas lachrymas excipe, purgans me atque baptizans in eis, in morte saltem mihi peccatorum condonationem tribue, tanquam baptismum aliquem.

646 S. Damascenus l. 3. orthod. fid. c. 10. varia recensens baptismata, sextum (inquit) baptismum in pœnitentia & lachrymis versatur, estque sanè grave, & durum, &c. Quomodo fit? Per asperam (ait in histor. Barlaam & Josaphat c. 11.) pœnitentiam, & calentes lachrymas, & labores, & sudores. Et quid per ejusmodi baptismum consequimur? sequitur, & dicit: Per viscera misericordie Dei nostri purgationem ac remissionem peccatorum consequimur. Et enim per Domini gratiam lachrymarum fons baptismus appellatur; tametsi aliqui labore & tempore opus habeat. Hæc tenus Damascenus, Ecclesiæ & SS. Patrum haud dubie sensum more suo ediferens. Eodem modo loquitur S. Isidorus Hispalensis l. 2. de offic. c. 24. Haimo l. 1. Commentarii in Apocal. c. 3. Rabanus Maurus l. 2. de Instit. Cleric. c. 29. &c.

647 Planè ergo constat, pœnitentiam à SS. Patribus idèò baptismum laboriosum appellatam, quod magnorum saltem criminum remissionem per eam quidem obtineamus, sed ordinariè non sine labore multo. Constat proinde, eodem sensu pœnitentiam à Tridentino baptismum laboriosum appellari: cum ab ipso sic appelletur sensu Patrum.

648 Sic proinde Tridentinum & Patres merito intellexerunt non minus sapientia quam purpurâ Eminentiissimi Cardinales, doctrinâ ac pietate insignes, Bellarminus, Aguirius, Deunhoffius, & Ursinus, uti videbitur §. 12.

649 Secundò, idèò ad illam novitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, juxta Tridentinum, sine magnis nostris fletibus & laboribus pervenire nequaquam possumus, quia divina id exigit justitia. Ait enim; divina id exigente justitia. Atqui divina justitia labores illos exigit non solum pro remissione pœnæ temporalis, sed & maximè pro remissione pœnæ æternæ, culpæque mortalis, uti probabitur §. 14.

650 Tertio, dum Tridentinum dicit: alius est baptismus, alius pœnitentiæ fructus, &c. non agit principaliter de fructu baptismi laboriosi, seu pœnitentialis, qui sit remissio omnis pœnæ temporalis, sed de fructu qui sit remissio culpæ mortalis, pœnæque æternæ. Pœnitentia ergo principaliter propter hunc effectum, debet esse baptismus laboriosus. Probat antecedens, quia Tridentinum in verbis illis non agit principaliter de fructu qui rarissime, sed de fructu qui per Pœnitentiæ Sacramentum communiter obtinetur: quemadmodum enim leges, sic Conciliorum definitiones esse solent de iis quæ communiter, non de iis quæ per raro contingunt. Perrarum autem est quod per Pœnitentiæ Sacramentum totius pœnæ temporalis obtineatur remissio: fructus verò qui per illud communiter obtinetur, est remissio mortalis culpæ, pœnæque æternæ.

651 Quarto, Tridentinum eadem sess. 14. c. 4. agens de contritione requisita ad justificationem peccatoris, in Sacramento Pœnitentiæ, declarat, hanc contritionem non solum cessationem à peccato, & vitæ novæ propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: " Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor novum. " Et certè qui illos Sanctorum clamores consideraverit: " Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Laboravi in gemitu meo. " Lavabo per singulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ: " & alios hujus generis, facile intelleget, eos ex vehementi quodam antea vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione mansisse. Odio (inquam) non sterili, sed laborante ad vindictam, punitionem & destructionem peccatorum commissorum. Quid enim aliud significant verba ista: Laboravi in gemitu meo, &c.

652 Quintò, juxta Tridentinum sess. 6. c. 6. peccator ad justificationem disponitur per fidem, spem, Dei dilectionem, & inde conceptum peccati odium. Ista proinde omnia peccator à Deo obtinere debet, ut justificetur. Quæ cum magna sint Dei dona, Deus ea concedere non solet, magno saltem peccatori; nisi multum oranti, roganti, laboranti, per pœnitentiæ opera, uti probabitur §. 18.

653 Sextò, juxta idem Tridentinum ibid. c. 13. vel ipse justus cum timore & tremore salutem suam operari debet in laboribus, in vigiliis, in orationibus, in jejniis &c. ut justitiam acceptam conservet. Atqui nihil minus requiritur ad recuperandam justitiam perditam, quàm ad conservandam justitiam habitam, uti probabitur §. 19. & 20.

654 Septimò, rationes quibus Tridentinum sess. 14. c. 8. probat necessitatem laboriosæ satisfactionis pro pœna temporalis, quæ solvenda superest culpâ remissâ, æquè, imò fortius probant necessitatem laboriosæ pœnitentiæ ad obtinendam remissionem culpæ mortalis, pœnæque æternæ. Confer quæ dicturi sumus n. 660.

§. X.

Nona probatio ex eo quod haeretici novissimarum temporum, Lutherani, Calvinista, &c. calumniant sint Ecclesiam modernam, quasi, sua de laboriosorum penitentia operum necessitate doctrinam, sentiret quod peccatorum non justificetur gratis.

655 **I**stam haeticorum calumniam testantur ac refellunt Petrus Soro, lect. 11. & alii Catholici Doctores §. sequenti referendi. Istus vero calumniae umbra nulla fuisset, si Ecclesiae doctrina tunc non fuisset, magnum saltem peccatorem ad justificationem, per opera illa, ordinariè disponi debere. Unde hoc non negat, sed tacite admittit Tridentinum, dum calumniam istam refutat sess. 6. c. 8. solum negans opera illa esse meritoria justificationis. Quid, ut ait, *nihil eorum quae justificationis praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeritur*, merito scilicet propriae dilectio, seu condigno, cui praemium, non modo congruum, sed & debitum sit; quod solum impedit gratiam justificationem. Catholici (inquit Bellarminus l. 1. de poenit. c. 5.) *non docent contritionem, seu alios penitentiae operibus, nos emeri remissionem peccatorum. Audiunt enim Catholici omnes Tridentinae Synodum, disertis verbis concionantem: nihil eorum quae justificationem praecedunt, mereri gratiam justificationis; & ideo gratias per Christum homines justificari. Itaque contritionem, dispositionem esse volunt Catholici, non meritum remissionis peccatorum.* Similiter Stapletonus in Promptuar. Cathol. in fessio S. M. Magd. §. 1. *Haeec penitentiae pars, quam contritionem Catholici vocant, remissionem peccatorum praecedit, non ut causa meritoria, & efficiens, sed ut necessaria dispositio. Haec autem explicatio non est importuna, propter haeticos, qui calumniantur doctrinam hanc in parte Catholicam, quasi hanc praevias remissionis peccatorum partes ita doceremus, ut vi ac virtute & merito eorum Deum nobis peccata remittere offeramus.*

656 Erravit proinde cum haeticis junior quidam Casusita, cumque ipso Doctor-Martin, dum in Apologia pro praxi communi poenitentiae p. 86. contra necessitatem laboriosorum poenitentiae operum obiecit, quod si opera illa necessaria forent ad remissionem mortalis culpa, poenaeque aeternae, remissio illa non fieret per virtutem Sacramenti ex opere operato, sed per virtutem ac meritum operum illorum ex opere operantis. Quia sicut error est id putare de necessitate contritionis; ita & id putare de necessitate operum illorum. Horum proinde necessitas poenitentiae Sacramentum haud magis destruit, quam necessitas contritionis. Nec certe Sacramentum istud Ecclesia destruxit, dum opera illa per tot saecula requisivit.

§. XI.

Decima probatio ex eo quod doctrinam de necessitate laboriosorum poenitentiae operum, velis fidei, Ecclesiaeque Catholicae, etiam moderna, doctrinam, unanimo consensu tradant fidei adversus Lutherum & Calvinum defensores.

657 **M**aximi profecto ponderis apud sensatos esse debet argumentum ab unanimi tantorum virorum consensu petitum; utpote quos elegit Deus, ut fidem Catholicam, Ecclesiaeque Catholicae doctrinam, hac ipsa in causa, contra haeticos eam impugnantes tuerentur; quique proinde ad hoc à Deo electi & destinati, Ecclesiae (etiam modernae) ea in re sensum quam optime intellexerunt, nobilissimisque scriptis suis nobis declararunt.

658 Quod autem fidei & Ecclesiae Pugiles doctrinam illam, velut fidei & Ecclesiae Catholicae doctrinam, unanimo consensu tradiderint, luculentè demonstrat eruditissimus Oblitatus, in libro cui titu-

lus: *Doctrina de laborioso baptismo asserta*, adductis perspicuis testimoniis Ruardi Tapperi, Petri Soro, Lindani, Hesselii, Ravestrenii, Lenfati, Hareri, Caussii, Alberti Pighii, Gerardi Billichii Carmelitae, Conradi Clingii, Francisci Panigrole, Estii, Bellarmini, Maldonati, quibus addi possunt Joannes à Davenportia, alique plures Controversistae.

Porro ad istus veritates evidentiæ duplicis generis opera Catholici illi Pugiles distinxerunt, preparatoria utriusque, & satisfactoria. Preparatoria culpa remissionem justificationemque praecedunt; satisfactoria subsequuntur. Non est illa distinctio nova. A multis saeculis Guilielmus Parisiensis meminit operum preparatoriorum, nempe jejuniorum, disciplinarum, orationum & oblationum; quibus gratiam quaerunt qui nondum acceperunt, ut vidimus n. 163. Georgius Cassander ad art. 6. de bonis operibus fidei, triplicis generis opera distinguit. Primum justificationum. Secundò impiorum ac infidelium. Tertio eorum qui iam aliqua cognitione peccati compuncti sunt, & semina quaedam ac initia conceperunt, nondum tamen plenam justificationem & gratiam consecuti. Quae opera preparatoria vocari solent. De quibus ait, quod omnes agnoscunt, opera ejusmodi esse dona Dei per Spiritum sanctum, quibus ipse eorum quos justificare constituit, animos movet, disponit & preparat. Ad hanc justificationem gratiam consequendam: exemplificans in Cornelio, de quo Augustinus de praedest. sanct. cap. 1. Tapperus quoque tomo 1. explicationis Articuli. Facultatis Lovaniensis pag. 245. varia esse dicit opera poenitentiae: *Quaedam enim praecedunt justificationem, quibus ad eam praeparatur, & Deus ad facilius reconciliandum provocatur. ... De quibus operibus plerumque loquitur Sancti, quando hortantur ad poenitentiam. ... Hujusmodi enim operibus suos electos gratia praevemente ad veram poenitentiam & peccatorum remissionem Deus praeparat. ... Alia sunt opera justificationem etiam tempore sequentia, quando culpa mortalis ac poenae aeternae sunt condonata. De quibus solus loquitur art. sextus Ecclesiasticae Lovaniensis, dicens, quod satisfactio est persolutio poenae plerumque adhibe debita, remissa iam culpa. Et ideo opera hujusmodi satisfactoria vocantur. Et de his solis Scholastici loqui solent, dum de satisfactione agunt: quia (ut Maldonatus ait cap. 2. de satisfact.) de satisfactione pro culpa Theologi Scholastici nullam faciunt mentionem; quia imò putant fieri non posse ab homine peccatore; et quod duo praecipue in satisfactione requiruntur (inquit Catechismus Romanus de Sacram. Poenit. n. 103.) primum, ut is qui satisfact, justus sit & amicus Dei, &c.*

Doctrinam itaque, quae assertit, poenitentiae opera preparatoria, etiam externa, orationes, jejunia, elemosinas, seu alia ejusmodi, ad impetrandam plenam conversionem, eaque mediante culpa ac poenae aeternae remissionem, magnis saltem peccatoribus, maxime consuetudinariis, facilliquè, citò, ac frequenter relabentibus, ordinariè esse necessaria, velut Ecclesiae Catholicae doctrinam, à Patribus omnibus traditam, Catholicae fidei defensores adversus haeticos unanimiter propugnasse, allegatis ipsorum verbis Oblitatus demonstrat ubi supra.

Tapperus namque apud ipsum loco citato pag. 46. operum illorum preparatoriorum necessitatem probat ex Jona, Joële, & frequenti Patrum doctrina: probat & ratione: *“ Nam jejuniis, elemosinis, & orationibus Deum placari in superioribus ostensum est. Hujusmodi enim operibus suos electos gratia praevemente ad veram poenitentiam, & peccatorum remissionem Deus praeparat; quae tamen omnia usque ad Spiritum sancti inhabitantis adventum pro peccatis per justificationem*

justitiam non satisfaciunt : inclinant tamen Dei Patris clementiam , ut propter Filium misericordiam , & in gratiam recipiant . . . efficax namque odium peccati omnia hæc operantur . Qui vero id non afflixerit (inquit pag. 275.) post gravem culpam admittam , ut Deum sibi propitium reddat , merito timere debet , quod non vere , nec satis pro dignitate peccatorum suorum odiat ac detestetur : nam sicut charitas operatur magna , si inest , potentiaque & opportunitas non deest ; & si operari (tunc) renuit , charitas non est : ita & poenitentia .

662 Sed & influant SS. Patres (ait pag. 231.) non esse veram poenitentiam , per quam in Dei gratiam revertitur , nisi tantum fuerit odium peccati , ut in nobis ipsis ipsum vindicemus , pro quantitate & magnitudine culpæ laboriosa & poenalia opera fulsinendo .

663 Denique pag. 264. velut absurdam , & manifestissimam Scripturarum testimonium contrariam rejicit Calvinus sententiam : " non enim sustinet , quod precibus , lachrymis , jejuniiis , & aliis hujusmodi poenitentiae operationibus nos ad Dei gratiam nobis conciliandam præparemus . . . contra manifestissima Scripturarum testimonia : dicit enim Dominus ad Joielem : *Convertimini ad me in toto corde vestro , in jejunio , & fletu , & planctu* . Similiter apud Jonam Prophetam , & Evangelia , commendat poenitentiam quæ fit in cinere & cilicio . *Quam magna* (inquit Cyprianus) *deliquimus , tam granditer desquamus . . . Patasne facile eum misereri tui , quem tuum non esse dixisti ? Orare oportet impensius , diem lucis transigere , vigilias noctes & festibus insomnes ducere , in cilicio & sordibus volutari , iustus operibus incumbere , quibus peccata purgantur* .

664 Cum Confessionem Lutheranam Ducis Wittenbergensis Legati ipsius 24. Januarii 1562. Concilio Tridentino obtulissent , quæ bonis operibus ad expiationem peccatorum , & placationem divinæ iræ , & meritum vitæ æternæ negabatur consulendum , negabatur & orationis ac jejunii utilitas ac necessitas ad placandum Deum , ab ipsoque obtinendam remissionem peccatorum . Petrus Soto à Concilio delectus fuit ad Catholicam Confessionem Lutherana illi opponendam , fidemque Ecclesiæ tuendam , quod cum plausu Concilii sequentibus præstitit articulis . " Primò sentiendum . . . juxta Ecclesiæ Catholicæ hunc sensum , bonis operibus , quæ ex divina gratia fiunt , ita esse fiendum , ut & ad expianda peccata , iram Dei placandam , & vitam æternam consequendam necessaria sint . Secundò , non solum exigitur oratio in Scriptura , ut excitet fides (uti dicebat Lutherana Confessio) sed etiam ut remissionem obtineat , & post remissionem satisfaciat residua poenæ . Tertio , jejunium non solum ad delendam poenam temporalem , quæ residua est post culpam remissam , sed & ad iram Dei placandam , & ut remissio peccatorum obtineatur : & hunc esse *Ecclesiæ Catholicæ sensum* , & hoc docere Patres Catholicos . Unde in Institut. Sacerd. lect. 8. docet , poenitentiam & actus ejus quandoque unico citissimo & subito actu fieri , & hoc quidem rariùs , ut in Latrone & Paulo : cæterum communis sensum , paulatim & successivè fiunt in peccatorum conversione . Hoc agente nostrâ erga divina tarditate & pigritiâ , aut nimio

Tam. III.

ad peccata & nos ipsos affectu . Et lect. 17. curandum Doctores ut hanc periculosam persuasionem tollant . . . quæ levissimum , imò ferè nullum putatur negotium esse , verè poenitere ; cum tamen & maximum & arduum reputetur à Patribus , nec unius horulæ , aut momenti , sed magnæ certè partis vitæ , aut totius . Et de remediis pecc. lect. 5. necessariam esse docet sequestrationem poenitentium à Sacramentorum participatione , modò satisfactionibus condignis interim præparentur . Hæc enim sunt fructus digni poenitentiae , quos petit Dominus . Et ut dixit lect. 16. de contritione : *duo necessaria sunt ad veritatem poenitentiae , sicut & charitatis . . . Primum , ut non otiosa sit , sed in opera convenientia prorumpat* , per ea sumendo de peccatis commissis vindictam . *Sicut enim Joannes dicit : non diligamus verbo , neque lingua , sed opere & veritate ; ita & nos dicamus : non poeniteat nos verbo , nec lingua . Ubi adverte duo postea esse quæ diximus . Primum , opus externum , in quod videlicet charitas & poenitentia prorumpunt* , quo utique de peccatis vindicta sumitur . *Secundum , veritas , quæ ad ipsa interiora cordis peritinet , ut videlicet erga Deum & peccatum , ut illa digna sunt , se habeat cor nostrum* .

Guilielmus Lindanus , ex Doctore Lovanienfi 665 Episcopus Ruremundensis , deinde Gandavensis , vir doctissimus , profigitor hereticorum , & norma Orthodoxorum Antistitem (inquit Baronius ad annum 440.) qui exilia , proscriptiones , ærumnas incredibiles , ac mortes penè frequentes , inconcusso robore fidei causâ sustinuit (ut addit in Martyrol. ad 23. Septembris) in Apologetico contra Lutherum cap. 12. defendit Catholicam Petri Soto Confessionem , de necessitate operum ad expianda peccata , iram Dei placandam , & vitam æternam consequendam , eamque perpetuo Patrum Orthodoxorum consensu confirmatam asserit . Et ita sentiendum esse juxta Ecclesiæ Catholicæ sensum . Et tom. 2. pag. 77. dicit , quod externa poenitentiae opera , dum ab improbis & rebellibus fidelibus fiunt , nihil mereantur quidem ; sunt tamen ad recuperandam Dei opt. gratiam peccatis dudum amissam necessaria , sicuti præclarum Corinthi illius Paulini discipuli (traditi sathana in interitum carnis) Doctores & Sacerdotis exemplum abundè contestatur .

Raveltenius in confutatione Confessionis Ministrorum , qui in Antuerpiensem irreperant Ecclesiam , pag. 45. *Manifestissimum est quod promissiones de justificatione , reconciliatione , & gratia Dei requirant conditiones quasdam à credentibus ; utpote poenitentia , orationis , operum misericordiae , humilis susceptionis Sacramentorum , ut bona promissa possint consequi* .

Et in Apologia contra Illicum pag. 211. *Sentit Illicus , quidquid præter fidem adhibetur ad justificationem obtinendam à Deo , nec medium esse apprehendendi eam , nec ad eam consequendam necessarium , sed resutans impiam ejus & blasphemam sententiam manifestissima Scripturarum testimonia , quæ perspicue docent opera misericordiae media esse . . . acquirenda reconciliationis & justificationis , atque adeo etiam necessaria . . . Obsecro te , Christiane Lector , quid possit magis insipium , ac desistendum adferri , quam quod labores poenitentiae negentur vel media consequendæ salutis , vel ad consequendam salutem necessaria , cum poenitentia labores , & Scripturarum auctoritas , & tota Patrum antiquitas , tantoperè fidelibus commendent ut media quedam necessaria ad salutem consequendam , vel imprimis commendantes & requirentes* .

Joannes à Daventria in articulum 4. Confessionis Augustinæ , docet , quod ad peccatorum remissionem , nostrisque justificationem . . . bona opera necessaria sint , quodque hæc negent Lutherani , errant . . . struuntque rudi plebeculæ laqueum , quo

Pp 2

in suam ipsorum pertrabantur interitum.

- 669 Per bona verò opera illa, ab ipso intelligi laboriosa poenitentiae opera, pag. 40. manifestat, dicens: *illa fides nimirum justificat impium, quàm non tantùm credit peccatorum remissionem, verùm quàm toto conatur pectore, quàm manibus pedibusque nititur, ut laborem absolvat, quem Deus voluit peccatorem subire... voluntas autem Patris est, ut tu peccatis valedicens, poenitentiae te exercitatione per fidem talem exhibeas, qui peccatorum à Deo merearis remissionem accipere.* Nam, ut in impagnatione art. 12. dicit, *verè poenitens, vera poenitentiae fructus parere debet, jejunare, orare, elemosynas facere, propter gloriam & mandatum Dei, nisi tenet Ecclesia, & docent Catholici, & (ut proxime autè dixit) nonnulli jam heterodoxi, quod tam pertinaciter negarunt haecenus, nunc, vel nolentes, veritatis evidentia convicti, cum Theologis aperte docent, licet adhuc persistentes negare necessitatem satisfactionis pro poena temporali solvenda, culpa dimissa. Quae causa fortè fuit Concilio Tridentino magis expressè tractandi de necessitate satisfactionis pro poena temporali, quàm de necessitate operum preparatoriorum.*
- 670 Hellenus in Catechismo p. 2. c. 8. describens varios gradus, per quos Deus peccatorem ad justificationem perducit: *Peccator, inquit, spe erectus in Christum, audeat à Deo peccatorum veniam postulare. Ac deinde cognoscit ex Scripturis, Deum nullo miseri, nisi misericordibus, quapropter incipit nonnullam facere misericordiam, dimittens saltem in se peccantibus. Discit praeterea à poenitentibus requirere mortificationem carnis, adeoque jejunat, ut potest, & carnem nonnulli castigat. Atque haec est ordinaria via ad obtinendam remissionem peccatorum, prout Scriptura nos docet. Cap. 10. ostendit, mortem Christi paratam esse omnibus medicinam, sed iis qui ex animo poenitentes, crebris orationibus & lachrymis invocant Christum... neque ullum regulariter antea justificat, quam haec omnia diligenter expleverit.*
- 671 Idem in consutatione novitiae fidei, tamquam dogma Catholicum tradit, peccatorem regulariter per laboriosa poenitentiae opera ad justificationem preparari, atque ex Patribus cap. 20. & 21. demonstrat, *Deum peccatoribus non illico placari, sed continuè operibus iustis ad veniam stectendum... Deum, naturâ propriâ clementem, velle miseri nostri, & ignoscere peccata nostra, si nos ejus visceribus vitam aperiamus in nobis, non quidem solâ fide... sed derelinquendo viam nostram pravam, stando & jejunando, atque orando more Ninivitarum. Haec (inquit) certum & indubitatum Dei verbum.*
- 672 Hareus ad haec verba Isaia 43. 25. *Ego sum ipse, qui deleo iniquitates vestras, propter me,* inferunt haeretici: ergo non requiruntur poenitentiae opera ad remissionem peccatorum impetrandam. Sed respondeo, sicut necesse est hominem fide preparari ad consequendam peccatorum veniam, etiam secundum haeticos; ita & poenitentiae opera praerequiruntur, non tamquam meritoria remissionis peccatorum, aut justificationis, sed tamquam preparatoria. Et hoc est quod Concilium Tridentinum definiti-
fess. 6. c. 8.
- 673 Eius ibidem hoc ipsum istdem penè verbis tradit. *Nec dubium, quin uterque id de iis poenitentiae operibus intelligat, quae ab haeticis negabatur ad finem illum necessaria, v. g. à Calvino apud Tapperum supra, non sustinente quod precibus, lachrymis, jejunis, & aliis hujusmodi poenitentiae operibus, nos ad Dei gratiam nobis concessendam preparamus. Quia putabat haec adversari sufficienti satisfactionis Christi. Ad quod Ellius in 4. dist. 15. §. 10. respondet, satisfactio-*

nem Christi per se sufficientissimam esse ad tollendam poenam aeternam & temporalem; sed divinitus sic ordinatum, ut illa nobis non applicetur, nequidem ad solutionem poenae aeternae, nec proinde mortalis culpae, nisi & ipsi per opera quaedam poenalia Christo compatiatur.

Albertus Pighius controversâ secundâ de fide & justificatione: *Non haec rectè damnant Lutherani in Anabaptistis, & in aliis, quod sentiunt Spiritum sanctum nobis dari per nostras preparationes & opera... quid enim aliud in universa Scriptura Deus exigit à nobis? Praer- quirit ergo illa in nobis opera, quibus tales redimur (averli utique à via veteri, humiliati, contriti corde, cum sollicito timore mandatis ejus obsequentes) velut preparationes quaedam ad justificationem. Unde controversâ 9. de poenit. concludit, non esse rem tam levem, tam facilem, tamque perfunctoriè agendam, (quàm vulgò creditur) poenitentiam, per quam Deo reconciliari credimus; imò ex toto corde nobis quaerendam salutem nostram ubique clamat divina Scriptura, & sancti Patres commonefaciunt.*

At videbor (dixerat controversâ secundâ) archetorem, quàm sit, salutis viam facere. At Christus ipse testis est, arctam esse viam qua ducit ad vitam... nec inventi, nisi à paucis. Profunde & nobis, ne in ea aberremus... magnopere & metuendam, & cavendum est. Ego certè qualem à Christo & Apostolis docui, video, talem & explicare conatus sum pro viribus, nihil de meo addens, nihil detrahens.

Conradus Clingius in locis communibus praecipua fidei Catholicae capita, quae antea verbo predicaverat, juxta formam ac morem (ut ipse testatur) Catholicae Ecclesiae, scripto etiam assertens libro 22. haeticam propositionem, *Sola fides justificat, & salvat, sic refellit: "ut promissio & verbum Dei non ecedit & apprehenditur sine fide; ita nec sine labore. " promissio Dei ad duos respicit, primò ad fidem... secundò ad opus, cui promissio fit... est promissio divina pro oratione, elemosynis, jejunio... remissio peccatorum & vita aeterna; sed rem harum promissionum non apprehendit sola fides, nisi fidei adjunctum sit opus. " Et cap. 3. " Promissio remissionis peccatorum non soli fidei, nec solis poenitentiae operibus, sed utriusque simul promissa est. " Et cap. 5. " in secunda redemptione & liberatione à peccatis (post baptismum commissis) exiguntur illa media, sine quibus Christi sanguis non distribuitur, id est sine poenitentia, oratione, jejunio, elemosyna, &c. & non solum sufficit ingenitè pro peccatis, quia & d. gni fructus exiguntur Matth. 3. "*

Franciscus Panigarole in lect. Catholice super Eccl. dogmat. p. 2. lect. 11. contra Calvinum sic habet: *"Dixi vobis Deum... nunquam nos justificare sine operibus poenitentiae... tria operum genera reperitur in nobis, vel opera nostra considerare postumus tripliciter: scilicet vel ut dispositiva, vel ut meritoria, vel ut satisfactoria. Præquam sumus in gratia, opera nostra quoad gratiam dispositiva sunt, seu preparatoria: postquam sumus in gratia, opera nostra quoad poenam temporalem, quae residua est, satisfactoria sunt, & quoad gloriam meritoria... Non dicimus opera poenitentiae mereri nobis primam gratiam, sed ad illam nos dispo- nere, idèdque sine illis operibus de potentia ordinaria, nunquam fore, ut Deus nos justificet. Exempli gratiâ, potestne quis mereri infusio- nem animae, quam Deus corpori infundit? Vos & matres! postquam concepistis infantem... potestne mereri ut Deus illi immittat animam "*

rationalem? certe non; neque enim mereri possumus rem tam grandem... & tamen verum est, Deum non immittere animam, nisi in utero matris organizatus sit embryo; & ubi primum organizatus est, Deum illi mox animam rationalem infundere, nec unquam desisse. Ita fit de prima gratia, quam non mereamur per opera pœnitentiæ, sed ita nos per ea opera disponimus, ut ubi illa veræ fidei jungimus, Deus nos semper iustificet. Hanc ob causam opus non est, Calvinæ, ut ita labores in allegandis nobis auctoritatibus, quæ ostendunt remissionem peccatorum dari per gratiam: nam & nos id dicimus. Verum cum addis, si datur per gratiam, opera pœnitentiæ nec utilis sunt, nec necessaria. Respondemus, opera necessaria non esse ad gratiam promerendam, sed Deum ea velle, ut per ea nos ad gratiam disponamus... Quid proficis, Calvinæ, dum tot auctoritates importune allegas; omnes quidem probant... primam justificationem nobis dari per Dei misericordiam, & non per nostra merita; sed nulla ex eis probat (quod probari non potest) nimirum Deum post fidem, non velle etiam opera pœnitentiæ, tamquam disponentia, antequam nos iustificet. Quare adhaeremus doctrinæ Catholicæ, quæ utique tradit velle Deum opera pœnitentiæ, tamquam disponentia (ordinariè loquendo) priusquam nos iustificet. Opera, inquam, pœnitentiæ, quæ Calvinus negabat ad justificationem necessaria, non sustinens quoddam precibus, lacrymis, jejuniis, &c. nos ad Dei gratiam nobis conciliandam præparemus, ut supra n. 185.

Bellarminum, istis omnibus concinentem, dabimus §. seq.

§. XII.

Undecima probatio ex eo quod istum esse Ecclesie modernæ sensum nos doceant ejusdem Ecclesie Proceres, grævissimi scilicet Cardinales, & Episcopi complures, in suis Instructionibus, Epistolisque Pastoraliis.

Cardinalis namque Bellarminus conc. 8. Dom. 4. Adventus hæc habet verba observatione dignissima. "Duo baptismata Deus instituit, unum aquæ frigide... alterum aquæ ferventis. Percipite, quæso, rem istam. Hoc enim est caput præcipuum totius controversiæ inter Catholicos & Lutheranos. Priori baptizatur qui veniunt ex infidelitate; posteriori, qui post baptismum lapsi sunt, hoc est, inquit, Sacramentum Pœnitentiæ (Auditores) baptismus est laboriosus, baptismus lacrymarum, balneum aquæ ferventis, quod requirit gemitus, contritionem, lamenta, fructus dignos pœnitentiæ, preces, jejunia, elemosinas, & alia id genus opera, prout Ecclesia Catholica tenet, & semper Patres docuerunt... Ipse etiam Spiritus sanctus in Scripturis sanctis. Quare (Auditores optimi) si bonam, si utilem, si salutarem confessionem facere vultis, si verè cum Deo in gratiam redire... balneum istud calidum magno animo ingredi debetis, & primum dñi, & multum in amaritudine animæ peccata abluere, tum Sacerdotem probum & cruditum adire. Verba ista clara sunt, non indigent commentario. Habent inde Juniores (quibuscum disputamus) quod timeant nimium suum cum hæreticis consensum, atque ab Ecclesia Catholica, à Patribus omnibus, & à Spiritu sancto in Scripturis sanctis dissentium. Cum balneum istud lacrymarum, lamentorum, fructuum dignorum pœnitentiæ, precum, jejuniorum, elemosinarum, ingredi adeo necessarium Bellarminus ex istis lapsi post baptismum, si salutarem confessionem facere, cum;

que Deo in gratiam, per culpæ & pœnæ aeternæ remissionem, redire velint, ut dicere non dubitet, quoddam hoc Ecclesia Catholica tenet; quoddam sic semper Patres docuerunt; ipse etiam Spiritus sanctus in Scripturis sanctis. An non ergo pudor est doctrinam istam exoticam vocare, prout Juniores illi vocant, nescientes quid dicant, neque quid loquantur.

Verba illa Bellarmini plurimum laudat Cardinalis Aguirius disert. 8. in can. 11. & 12. Concilii Tolet. III. excursu 2. cumque ipso n. 148. & 149. "inherentes" (inquit) "non modò Conciliis, Canonibus & Patribus, nec solùm gravissimis Cardinalibus, Episcopis & Theologis horum temporum, sed & rationi manifestæ, fundatæ in doctrina fidei, & experimento frequenti, dicimus; maxime oportere, ut gravium peccatorum rei, præsertim relapsi, antequam confiteantur, vel ut minimum antequam absolvantur, præmittant aliquanto tempore, juxta numerum, & gravitatem scelerum, fructus dignos pœnitentiæ, exterioris, interiorisque... licet enim Deus potentia absolutâ, possit hominem, gravium scelerum reum, subito ad ingentem contritionem movere efficaciter, & perfectè ad se convertere; nihilominus juxta curiam ordinariam, ea iniqua & præstantissima dona non largitur subito, sed gradatim, ac mediâ impetratione, factâ per opera pœnitentiæ, in oratione, elemosinis, jejuniis, & fletu, & planctu, aliisque mortificationibus corporis & animæ. Per eos actus divino auxilio exhibitos paulatim impetrat peccator... contritionem in eo gradu doloris ac detestationis de peccatis, ut simul cum Sacramento Pœnitentiæ... sufficiat ad impetrandam peccatorum veniam. In ea mutatione cordis ab uno ad aliud extremum, & successione actuum salutarium, impenditur, & impendi abs dubio debet, juxta communem rerum curiam, aliquantum temporis, veluti (ut minimum) nonnullæ hebdomadæ, vel saltem aliquot dies. Nec tamen pro omnibus idem tempus exigi debet (ut ait n. 158.) nec requirendæ satisfactiones æquæ pœnitentiæ, pro inæqualibus peccatis, secundum gravitatem & numerum.

Excursu verò primo n. 133. eos vehementer invectivâ perstrinxerat, qui non modò in aliquod mortale, sed in varia, aut plurima lapsi, vix jejuniis aliquo, austeritate, fletu aut planctu præmissis, accedentes ad confitendum, statim absolvi volunt, & mitti ad Communionem. Quod si Sacerdos pius, doctus, & versatus in disciplina Ecclesiastica, ac sacris Canonibus, illos hortetur ad jejunandum, plangendum & orandum, non dico integris annis, non mensibus, sed aliquot hebdomadis, aut saltem diebus antequam absolvantur, ut veram de peccatis contritionem, & totum cordis conversionem impetrent... videbis illos impatienter omnino id ferre; & vociferari adversus Sacerdotes ejusmodi, eosque incensare velut crudelēs & carniciferos confitentiarum. Quid de his sapientissimus Cardinalis? "Hoc novo injustissimæ acutationis & criminationis scelere (audiant Juniores supradicti) longè iniquiores effecti, adeunt quempiam altum Sacerdotem, ignarum, remissum, palponem, aut nullius zeli circa disciplinam Ecclesiasticam, & atque ulla contritione de novo scelere commisso, ac de aliis præcedentibus, levi satisfactione impositâ, statim assequuntur, aut extorquent ab eo præperam absolutionem, & impetivam Communionem, utramque ingenti dantis & accipientis damno."

Audiamus S. Cyprianum aureo libro illo de

lapis. . . . clamantem adversus ejusmodi penitentes. . . . Brevius, nec minus opportunè S. Ambrosius lib. 2. de penit. c. 9. . . . Quid diceret Ambrosius, quid etiam Cyprianus de plebrique falsis penitentibus nostri ævi, qui ad eò imparati, ad eò indispoti, ad eò nullis verè penitentia fructibus exercitati, confitentur scelerum multitudinem, ita ut absolutionem non patiantur sibi differri per aliquod tempus, nec interea prescribi opera aliquot pœnalia, quibus à Deo impetrent veram totius cordis contritionem, & convenientem dispositionem ad veniam assequendam? Hos sanè divino spiritu reprehendit Chrysostomus hom. 31. de S. Philogono circa finem longâ increpatione, sed præsertim hisce verbis. . . . Adhortor vos omnes ne negligenter, veluti festo die cogente, ad divina mysteria accedatis; sed si quando parabitur hujus sacra hostia vestri participes, multis antè diebus purgetis vosmetipsos per penitentiam, precationem, & elemosinam, denique per hoc ut vacetis spiritualibus, nec denuò convertamini, canis in morem, ad vomitum. Sed quid opus est ad antiquos Patres recurrere in re ad eò manifestata omnibus iis penitentibus & Sacerdotibus, qui stupore quodam, aut ignorantia extrema, non amiserunt communem sensum. Hæc verba benè perpendant iidem Juniores, videlicet Doctor Martin, Desirantius, Sabranus, &c. sicut & immediatè sequentia. "Sanè doctissimus & piissimus Cardinalis Bellarminus sepe numerò id grande malum nostrorum temporum variis locis lamentatur.

683 Cardinalis Denhoff anno 1696. non minori zelo, nec sapientiâ, Instructionem edidit Pastorem de Sacram. Penit. in qua §. 3. Edit. Lovan. anni 1701. sic habet: "Terriò penitentes ante confessionem in eo peccant, quòd dolorem contritionis differant ad illud usque tempus, quo coram Sacerdote procumbunt. Quippe difficilius, quam vulgò creditur, negotiè est sincera ad Deum conversio, post vitam aliquandiu in peccato mortifero, præsertim in prava consuetudine peractam. Nam tria quædam prorsus hæc simul requiruntur. 1. sincera decessatio omnium delictorum, mortem animæ inferentium, quæ voluntatem his conglutinatam ita abruptat, ut ne vel ullum jam amplius velit. 2. firmiter mentis propositum ea deinceps evitandi: quæ propositi firmitudo hoc omniud habet adjunctum, ut quæ ad finem hunc obtinendum apta sunt, seculò sibi patet, & adhibenda curet. 3. animi promptitudo, quæ paratus sit ad placandum, uti par est, Deum offensum, cum penitentia peccatis adaptata. Unde liquet fieri vix posse, ut lapsi, culpæ mortiferæ rei, per istas temporis angustias, ea omnia in animo, quæ recentissimus, sibi disponant: nisi miraculo quodam ejusmodi adint gratiæ auxilia, quæ exiguo temporis momento, quod beato latroni contigit, conversionem operentur. Quod quidem ita esse, sancti Patres perspectum habuerit, à quibus penitentia laboriosius baptisimus fuit appellatus. Hinc Tridentina Synodus, ubi hæc verba commemorat, ait: *nos ad mortuam & integritatem vite spiritualis, per Sacramentum Penitentia, sine magnis nostris stribus & laboribus, pervenire nequaquam posse.* Quibus verbis satis indicat, quid agendum sit his, qui, perdendo gratiam sanctificantem, vitam animæ perdidit: nimirum faciendos esse varios actus penitentia, ut se præparent ad impetrandam à Deo auxilia necessaria, quibus tandem toto pectore ad ipsum convertantur: *divinâ id exigente justitiâ*, ut ibid. ead. testatur Synodus. Detecta istiusmodi præparationis, quæ fit

per actus penitentia frequentes, & ad penitentium necessitudinem accommodatos, id accidit quod ait S. Ambrosius: *Faciunt inventi* (inquens) *qui innocentiam servaverint, quam qui congruè egerint penitentiam*, lib. 11. de Pœnit. cap. 10.

Paragrapho 9. sic prosequitur: "Ex communi doctrina Theologorum, inquit Cardinalis de Lugo de Sacram. Penit. sect. 19. n. 170. potest Confessarius aliquando obligare penitentem ad implendam penitentiam ante absolutionem. Quod licet non possit per modum vindictæ, & punitionis, potest talem facere per modum medicinæ, quando judicat id esse necessarium, vel utile penitenti: ex eo quòd facile omittit postea penitens penitentia sibi imposita: vel ut Confessarius certus sit de penitentia impleta: vel ob alios fines, ut docent Suarez, Reginaldus, & alii, quos refert & sequitur Bonacina de Sacram. Pœnit. disp. 5. q. 5. sect. 3. p. 2. n. 20."

Inter alios, quos dicit, fines is comprimis adnumerandus est, ut penitens eum animi ita tum obtineat, quo cum Deo reconciliari possit, cum hic proprius sit hujus Sacramenti fructus: quem statum non solent exiguè temporis spatio adtingere, qui longâ peccandi consuetudine detinentur. Hinc oportet ut scilicet præparent precibus humilibus, ac piis operibus, & repetitis actibus virtutum, quæ vitis dominantibus adversantur. Id verum esse agnoscit D. Bernardus serm. de tripl. misericordia, & mirificè rem illustrat: sicut sunt peccata minima, sunt medicoria, sunt & magna; sic & apud Deum misericordia parva, mediocris & magna. Unde concludit in hunc modum: *Magnus ergo peccator magna misericordia opus habet: ut ubi abundavit delictum, superabundet & gratia.* Idcirco Rex David, post adulteri flagitium, Deum rogat: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Hanc autem misericordiam magnam non largitur Deus magnis peccatoribus sine præcedenti luctu gemituque, nec sine multa penitentia exercitata, flagitante hanc œconomiam justitiæ Dei, ut è Tridentino Concilio sumus edocui. Ad quam tamen movitatem, inquit, *& integritatem per Sacramentum Penitentia, sine magnis nostris stribus & laboribus, divinâ id exigente justitiâ, pervenire nequaquam possumus.* Sessio 14. cap. 2. de Penit. Et sanè rationi prorsus est contentaneum, ut ad impetrandam à Deo magnæ misericordie beneficia, cujusmodi sunt copiosa gratiæ optulantis auxilia, quibus omnino & peculiariter opus est ad conversionem peccatoris, qui diutinâ vitiorum consuetudine languescit, longè major etiam præcedat apparatus penitentia, quam si quis nuper admodum in crimen aliquod infortunio sit prolapsus.

At præter divinam justitiam, quæ id postulat, ipsa quoque vitia consuetudine ad hærentia, quæ vehementer ad peccandum stimulant, aliquo planè temporis spatio oppugnanda sunt ante absolutionem: ut Sacerdos, dum eam impendit penitenti, sit morali modo certus hunc esse ab illis jam satis liberatum: quòd tum deum credere possit, quam viderit frequentiam delictorum ex consuetudine profluentium, præcedentia penitentia exercitata, ad hanc rem idonea, notabiliter esse diminutam. Ad hæc eandem in administrando munere prædentiam à Sacerdotibus requirit ipsa reverentia, quæ debetur gratiæ sanctificantis, quæ principalis est Sacramenti fructus; quam non decet exponi proximo periculo expulsiõis ex anima illius, qui propediem in crimen est relapsurus, ut ob acquiritur

acquistum animi habitum merito timetur. Ob
confimilem rationem Theologi, secundum di-
vum Thomam, communiter docent, baptis-
ma non esse dandum proliis infidelium, tam-
etti gratia hujus Sacramenti sint capaces, pro-
pterea quod periculum subest, ne ad maturior-
em ætatem proventi, illam profanè dissipent,
imitando superstitionem parentum.

687 Ne quis verò existimet Deahesi doctrinam in
solis consuetudinariis inveteratis habere locum;
§ 12. sic pergit: " Si recens est consuetudo,
cum & hæc tamen veluti funis sit, ex multipli-
catis peccandi actibus contortus, qui miserum
& infelicem reum fortiter ligatum tenet, di-
cente Psalmographo: *Funes peccatorum circum-
plexi sunt me*: etiam hic consultum erit, ut
pulcrum temporis, quo tunc possit, illi de-
tur: Ita & docuit, & fecit magnus Indiarum
Apostolus S. Franciscus Xavierus, ut in vita
ejus narrat Horatus Turcilinus: *Confessionem,
ait, non continuo sequitur absolutio; sed bi-
duo triduoque dabitur eorum peccatoribus cer-
tarum rerum meditatione preparandis: ut inter-
rim animarum maculas lacrymis ac voluntariis
clementeris: siquid cui debent, restituant: si-
mulatibus, si quas habent, depositis, redam-
cum ammissis in gratiam: à libidine consuetu-
dine, ceterisque quibus implicati sunt flagitiis
expediantur. Hæc omnia absolutioem præcurrant
reductis, quibus sequuntur.* Lib. 6. cap. 17.

688 Quibus confirmat Vir sanctus, quæ nos supra
indicavimus, docetque Sac. rædres modum u-
tiliter diffundendi absolutioem, & utendi eum
Christiana prudentia utraq; potestare, à Do-
mino Jesu Christo tradita. Joivendi nimirum,
atque ligandi. Nam ligandi verbum, teste Ma-
gno Theologo, non tantum significat non ab-
solvere, sed etiam adstringere poenitentem ad
exercenda opera pietatis & respicientiæ, quibus
preparari possit ad absolutioem postea reci-
piendam. Ita ut ex hujus Doctõris sententia,
Sacerdotes, qui hoc negligunt, non exercendo
omnes ministerii sui partes, à mente Summi
Sacerdotis Jesu Christi aberrent.

689 Neque arbitremini exhortationes vestras,
quæ exiguo tempore inter consistendum cursum
& velut in transitu fiunt, surripere posse, erga
homines pravâ consuetudine implicatos, quod
deest preparationi, quæ per exercitationes poe-
nitentiæ præcedere debet: cum ejusmodi non
solum mortui jaceant, sed etiam sub grandi
pervertæ consuetudinis lapide sepulti: atq; ut
gratia auxilio minime vulgari, & quasi mira-
culo opus sit, ut e tali profundo subitò eruan-
tur. Cum autem putandum non sit confidentes
id auxilium nactos esse, ob subitarum conver-
sionum raritatem, id erit vobis amplectendum,
quo nec Sacramentum, nec salus poenitentis
in periculum veniat: quia præsto sunt remedia
lege communi adhibenda, nempe ut justum
temporis spatium poenitenti adquiretis, quo se
ad impetrandum absolutioem beneficium præ-
paret, id agendo quod innot Concilium Trid-
sess. 14. deponit. c. 2. scilicet ut tempus aliquod
exigat genitibus ex animi dolore profectis, &
operibus poenitentia supra descripsis.

690 Denique §. 14. asserit à se doctrinam, cum
sacris Canonibus, etiam recentioribus, necnon
cum doctrina Ecclesiæ diest esse congruentem.
Instructiones istæ sapientissimi Cardinalis Deahesi
tam justæ, tam fundatæ, tam discretæ & sap-
ientissimæ tam conformes spiritui Ecclesiæ moder-
næ vitæ sunt Eminentiss. Cardinalibus Aguirio &
Ursino, ut eas prior, in Hispanicam linguam
traductas, sumptibus suis imperti, per totamque
Hispaniam dittrahi fecerit. Posterior eandem quo-

que ipse, anno 1700. vel 1701. à se adoptatas,
justaque suo reimpressas, per totam Archidœces-
iam Beneventanam (cujus est Archiepiscopus)
Confessariis observandas iusserit notificari.

Nec prætermittendi duo alii pierrissimi sapien-
tissimique Cardinales, scilicet Bona, & Capisue-
chus. Cardinalis namque Bona in litteris ad R.
D. J. Roucourt, Pœbanum Bruxellensem, Au-
thorem Libelli, cujus inscriptio est, *Manuductio
ad poenitentiam* (in quo Authôr docet, gratiam
conversionis non omnibus peccatoribus tribui,
sed ab ipsis peccatis & piis laboribus à Deo po-
stulandam) lecto Libello isto, Authori ultimâ
Martii 1674. rescripsit, " Libellum illum non
posse displicere, nisi iis, qui à poenitentia ma-
ximè alieni, non percipiunt quæ sunt Spiritus
Dei, à modernaque Ecclesiâ illorum dumtaxat
nimium rigorem damnari, qui veteris Ecclesiæ
erga poenitentes disciplinam, quæ à multis sæ-
culis in defectu abijt, nunc in usum re-
vocare conantur, quorum indiscretum zelum
tu quoque non probas." Eminentissimus verò
Capisuechus, in Approbatione Theologiæ Mora-
lis egregii (ut vocat) Doctõris Francisci Genet,
Episcopi Vafionensis, declarat ipsius doctrinam
(quæ assertio nostra continetur) nedum sanam,
solidam, & tutam, sed & ad componendos fidelium
mores necessariam. Eamque latinè versam, libi-
que dicatam, novis typis imperti fecit S. D.
N. Clemens XI. prout mihi nantiarunt Litteræ
Romanæ de 20. Decembris 1704. Eam verò sibi
dicati passus non fuisse Summus Pontifex, si doctri-
nam contineret à sensu & usu Ecclesiæ modernæ
alienam. Non sunt etiam prætermittendæ laudes,
quas libro de *frequenti Communione*, eandem pariter
doctrinam propugnanti, dederunt quatuor alii
Eminentissimi Patres, nempe Cardinalis de S.
Clemente, qui doctrinæ illius, *Dei & Ecclesiæ
causam* esse dixit: Cardinalis Palotta, quod ex
doctrina illa *Dei gloria, Confessariorum instructio,
poenitentium salus dimanarit*: Cardinalis Cappo-
ni, qui dixit, quod doctrina illa foret *doctrina S.
Caroli*, quodque pro S. Petri adversarius haberet
adversarius ipsius: Cardinalis de Lugo, qui di-
xit, se ex lecta illa doctrina plurimum profecisse,
nullosque in ea errores contineri, nisi quos sola pas-
sio per consequentias malè deductas confingebat, so-
laque doctrina lectio refellebat, uti vidimus cap.
2. n. 12.

Denique nec prætermittendum, quod idem ille
liber, de *frequentis Communione*, ad S. Inquisitionem
Romanam delatus, immunis ab omni reprehen-
sione (post diuturnum ac districtum examen)
non transiisset, si assertam per illum ordinariam
operum preparatoriorum (ante absolutioem
magis peccatorum) necessitatem Ecclesiæ
modernæ sensui & usui contrariam Eminentissi-
mi Cardinales Generales Inquisitores censuissent.
Librum verò illum nullâ reprehensione dignum
unanimum iudicio ipsi censuerunt, uti visum est ibi-
dem n. 11.

Eidem censuerunt de Huyghenii Methodo, de-
que Thesis Eruditissimi ac Perillustri D. Hen-
rici Denis (Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis Ca-
nonici Theologi) eandem necessitatem asserenti-
bus; uti de Huyghenii Methodo censuisse clarius
est Eminentiss. D. Cardinalis Tanarius, tunc A-
postolicus Bruxellis Internuntius, in epistola ad D.
Carnero Gubernatori Belgii à secretis de 27. Sep-
tembris 1680. De dictis verò Thesis idiptum,
jussu S. Congregationis, Serenissimo Principi E-
lectoris Colonienis, Illustrissimus D. Nuntius Co-
lonienis declaravit, uti fidem facit epistola à me
originaliter visa, Excellentissimi D. Baronis de
Karg, Magni Cancellarii S. C. S. E. cujus ver-
ba exhibet Motivum Juris pro Seminario Leodien-

691

692

693

- li, sicut & epistola ipsiusmet Serenissimi Electoris ad P. Sabran, quam per extensum refert Liber, cui titulus: *S. Facultatis Theologicæ Colonienfis sapientissimum iudicium vindictatum*, &c.
- 694 A gravissimis Cardinalibus ad Episcopos pariter gravissimos transeamus, & primo quidem loco triginta duos proferimus Archiepiscopos & Episcopos, eodem capite 2. commemoratos, qui antedictum librum de frequenti Commun. honorificentissimis approbationibus exornarunt, doctrinamque ipsius suam fecerunt, fidelibusque sibi commissis commendarunt, velut perpetuam Ecclesiæ doctrinam.
- 695 His adjungimus viginti sex Archiepiscopos atque Episcopos, qui Ritualis Alesandensis Instructiones (quibus eadem necessitas traditur) anno 1669. approbarunt, tamquam non continentes nisi puriores Evangelicæ regulas, sanctioresque veritates, quas nobis Canones præscribunt.
- 696 Adjungimus & unum supra triginta Archiepiscopos, qui præclaras Illustrissimi D. Guidonis de Seve, Episcopi Atrebatensis, de poenitentia regulas, Epistolarumque Pastoralium magno opere commendarunt, velut spiritus Ecclesiæ conformes. In regulis verò illis, Pastoralibusque Epistolis, laboriosorum poenitentia operum necessitatem perpetuò inculcat, sicut & in Pastoralis Instructione ad Pastores & Confessarios suæ Diocesis, cujus cap. 2. necessitatem istam copiosè demonstrat, conitantemque Traditionis & Concilii Tridentini doctrinam, ac Spiritus sancti Oraculum esse ostendit; eosque qui doctrinam illam impugnant, contra Ecclesiam, & ultimi Concilii doctrinam sentire demonstrat. Eandem necessitatem probat Illustriss. D. Gilbertus de Choiseul in explicatione singul. part. Sacram. Poenit. ad Pastores ceteroque Confessarios suæ Dioc. sicut & Illustr. D. Joan. Neercatelius Episc. Castellensis, in Belgio federato Vicar. Apostol. in 2. p. Amoris sui poenitentis, & Epist. Pastoralis illi præfixa, ad Clerum & populum suæ curæ concredidit: ubi proferet testimonium unius ex Eminentissimis Ecclesiæ Antistitibus, scribentis ad magnæ pietatis & doctrinæ virum, nihil eo in opere contineri, nisi præstantissimis Theologis probatum, & nisi conforme doctrinæ SS. Patrum, sacris Canonibus, Decretis Summorum Pontificum, sensibus & disciplina, tum S. Caroli, tum optimorum totius Galliæ Episcoporum.

§. XIII.

Probatio duodecima ex Institutione Christiana Concilii Moguntini, Catechesibus Trevirensibus, & Enchiridio Concilii Colonienfis.

- 697 Institutio Christiana, juxta quam Concilium Provinciale Moguntinum (anno 1549. celebratum) voluit vastissima istius Provincia fideles erudiri, tit. de Sacram. Poenit. sic habet: "Non simulatione (non enim irridetur Deus) sed ex toto corde peragenda est vera & salutaris poenitentia. . . paratæ autem ad poenitentiam voluntati adjungenda est submissa omnium actionum humilitas. Resistit enim superbis Deus; humilibus autem dat gratiam. . . Aded ut ne justus quidem placere Deo, nisi per humiliationem valeat: quanto minus peccator veniam impetrabit, nisi, dum poenitet, etiam humilietur. Quod Dominus exigit, dicens: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu*. . . Multum autem efficax ad veniam erit poenitentia, si internum cordis dolorem fons oculorum lachrymarum demonstrant. . . Sed ne lachryme etiam simulationem abscondere putentur, veram cordis tristitiam, verasque lachrymas, victus, velutique, ac totius vita austeritas commendet, ut quod per voluptatum illecebras ca-
- ro peccavit, externâ illâ afflictionè dependat. . . Neque tamen exilimet quisquam conversionem plenam consummari, nisi usque ad cordis emundationem ista humiliatio penetret: homo depositis vita prioris flagitiis, ac piè vivendi exercitiis se tradens, dignos poenitentia fructus ex tota undique vita sua deponat, ut superbiam pellat humilitas, libidinem calitas excludat, avaritiam liberalitas, crapulam abstinencia, charitas odium, vitiaque omnia virtus contraria compenset. Sic enim & Apostolus jubet: *Deponite veterem hominem, qui secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria carnis; renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite hominem novum, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis*. Et tit. de contritu. Admonendi sunt homines, ne conversionem à peccatis de suis viribus præsumant, sed à Deo precibus, lachrymis, totiusque pietatis exercitijs expectant." Et rursus ibidem: "Amaram valde contritionem suscipiat peccator, perpensâ peccatorum suorum multitudinè & gravitate, ut dicat cum Ezechia: *Recegitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ*. Et cum Davide: *Laboravi in gemitu meo*, &c. Deum audiat, acerbam valde & laboriosam poenitentiam exigentem: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra*, &c." Et tit. de satisfactione: "Multos tulit ætas nostra, qui confidunt pulvillus sub omni cubito manûs, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis, ad capiendas animas. Qui contra Evangelii vigorem facilitatem promittentes, malitiam hominum in imensum augent. Nimirum ista diaboli est nociva periculis, sub falsa securitate inearas animas ad certum interitum venantis. Dum spe facilis veniæ nihil metuitur, scelera scelerebus cumulantur."
- Similia habent Catecheses Trevirenses, auctoritate & jussu Joannis Archiepiscopi Trevirensis anno 1590. publicatæ. "Quis modus" (inquit pag. 303) "ac via rectè agendi poenitentiam? primum volentem agere integritè, ante omnia divini bonitati, ejusque gratiæ immitti oportet, & per humilem instantemque orationem, ante omnia gratiam poenitendi sibi à Deo postulare peccatis est." Et pag. 307. "Opus est, ut (peccator) ore & clamet ad Deum pro gratia poenitentia, sciens quod non possit se magis à peccato excutere, quam (Jonas) demersus ex tanta profunditate potuit emergere." Quod haud dubiè intelligitur de oratione alata jejunio, seu maceratione corporis & misericordia: quia oratio sine jejunio & misericordia nihil impetrat, juxta Sactorum doctrinam §. 21. exponendam. Enimverò devotam haud dubiè orationem Catecheses Trevirenses postulant. *Tria verò sunt, per quæ fiat fides, constat de voto, manus virtus* (ait Petrus Chrysologus serm. 43.) *oratio, jejunium, misericordia*. Quod oratio pulsat, impetrat jejunium, misericordia accipit: *Oratio, misericordia, jejunium. . . nesciunt separari*. Nec sine istis peccator, maxime consuetudinarius, & recidivus, ordinariè sic convertitur, ut totus mutetur, id est non amplius ea sequatur, ea dilgat, his delectetur, quæ prius sectabatur, diligebat & ad suam prosequeretur delectationem. Quod ante absolutionem talis peccatoris exigit Ecclesiæ Trevirensis in Agenda sua seu Rituali, hæc verbi: *Nisi poenitentem peccata respiciat relinquit, dicitur ei: Amice bene facis quod habeas bonam voluntatem emendandæ. Et quia id potes, & debes, vade, quamdiu es in ista bona voluntate, fac quod dicit, & postea revertere, & absolvam te*.
- Concilium quoque Colonienfe in Enchiridio

de Sacram. Poenit. fol. 92. hæc habet: "Gratia ergo præveniens, quæ Deus hominem incitat ut iustificetur, gratia quidem Dei est eximia, sed non sufficit, nisi accedat gratia iustificans... Ad hæc enim gradibus quibusdam pervenitur... Deus initio bonam cogitationem nobis inspirat, quæ ad Deum respicere, & peccatum nostrum agnoscere incipimus... sed frequenter tardus aut nullus sequitur affectus... tæpe... infirmitate prædediti nondum rem tantam (cum Deo reconciliationem) ex animo desideramus; sed adjuvante sensim gratiæ cupimus ut desideremus; scimus bonum, nec delectat agere; sensim verò proficiente gratiæ, cupimus ut & delectet. Hoc autem vorum quo cupimus desiderare, quædam voluntatis preparatio est, quæ fidem iustificantem præcedit.

Hæc ergo voluntatis preparatio sua quidem opera habet, quæ tamen sunt mera Dei dona, iustificacionem antecedente. Nam homo cum agnoscat peccatum suum, cum gravitatem poenæ secum mente volutat, incipit temperare à malitia, gemere, lachrymari, tundere pectus, restituere alienum, facere elemosynam de proprio, sitire iustitiam, hoc est remissionem peccatorum, eandemque precibus apud Dominum ambire satagit. HAS CORDIS PRÆPARATIONES, & voluntatis conatus ac studia ad pietatem videre licet in Cornelio illo Centurione Act. 10. &c." Et fol. 88. "Cum poenitentia Dei gratuitum donum sit, ab illo & precibus, & lachrymis, animi saltem, aliisque piis studiis expectanda est. Quod si non statim contingit quod ambitur, non est tamen desistendum à bene cæptis." Et de iustificacione fol. 144. "poenitentia tactis mentibus, ope Spiritus, quædam opera poenitentia gignuntur in nobis... quæ nos supra... PRÆPARATIONES CORDIS, AC STUDIA AD PIETATEM appellavimus... qualia sunt, temperare à malitia, dolere, conteri, gemere, lachrymari, tundere pectus, restituere alienum, facere elemosynas, sitire iustitiam... & id genus alia; quæ etiâ neque mereantur iustificacionem, neque accipiant, nisi fides (iustificans) accedat, ea tamquam præambula, & adminicula necessaria, sine quibus ad iustificacionem (ordinariè) non pervenitur, requirit, &c.

§. XIV.

Probatio decima-tertia ex Sanctis novissimis.

Sanctum Bernardum dabimus cap. 70. Petrum Bletensem c. 71. S. Aëredum c. 73. S. Thomam Aquinatem §. seq. S. Vincentium Ferrerium c. 76. Ad Sanctos sæculi 16. & 17. veniamus. Prius hic exhibendum (præter ea quæ exhibebuntur loco citato) id quod Mellifluus Doctor ait ferm. 91. de divers. Confessionem debet semper commitari myrrha & thuris, id est mortificatio carnis & oratio spiritus. Alterum sine altero, aut parum, aut nihil prodest, utrumque alteri suffragatur, dum constat quod alterum sine altero reprobat. Et ferm. 55. in Cant. Sino metipos diducaverim, non utique iudicabimur. Bonum iudicium, quod me illi districto, divinoque iudicio subduci & abscondit. Propterea horreo incidere in manus Dei viventi. Volo vultus iræ iudicatus presentari, non iudicandus... Iudicabo prout mala mea; iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymâ, punire jejuniis, cæterisque sanctæ laboribus discipline.

S. Thomas Villanovanus conc. in fer. 4. post Domin. 1. Quadrag. sic habet: *Quid dicturi sumus? ... Ubi hodie verum poenitentem? ubi vel unicum reperies Nivitarum? Dic mihi, o poenitens, si vera est poenitentia tua, si dolor non fictus, ut quid*
Tom. III.

molibus vestiris? ... Hæc sunt insignia poenitentia? Hæc opera lachrymantis? ... Ille verus est dolor, quem comes adspiciatur & consonat vita. Si vere poenitens, cur ergo non vivis ut poenitens? An non attendis in isto Nivitarum exemplo, divinam quæ placaverit iram? Numquid jejuniis vel ieiunio? Numquid cilicium vel cinis? Numquid infantium ejulatus? ploratus hominum? ululatus jumentorum? Non hoc utique solum; sed quid potius? Scripturam attendite: "Vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala, & misericors est." Hæc morum conversio, hæc vitiorum correctio, verum fuisse dolorem ostendit, qui tot signis se prodebat, & Deum illi placatum reddidit & benignum. Et nos igitur, fratres, si Deum propitium nobis cupimus invenire, similia faciamus. Deus igitur opera preparatoria requirit in peccatoribus, quibus propitius reddatur, laboriosa (inquam) poenitentia opera, cum morum conversione, & vitiorum correctione, quæ verum ipsorum dolorem ostendant. Et numquid laboriosa poenitentia opera ante absolutionem Villanovanus requirit, dum conc. in fer. 4. post Domin. 4. Quadrag. dicit: *Prius ergo, vadat, & concubinam à domo pellat, pecuniam alienam restituat, contractus usurarios rumpat, famam proximi lesam, proas potest, resarciat, mercenariorum labores & pauperum debita solvat, offensus fratri reconcilietur, & veniam petat, & tunc ad Confessarium redat & absolvatur. Hic rectus est ordo... hunc ordinem ne transgrediaris. Væ qui consuunt pulvillus sub omni cubito manû, &c. Quid Ecclesiam hodie perdit, nisi Confessorum... blandities adulatio: vae miseris, &c.*

S. Franciscus Xaverius, Orientis Apostolus; prout refert Turcellinus l. 6. vitæ ipsius c. 17. *Signando locupletes atque opulenti Negotiatores, Magistratus, aut Præsides vitæ solutioris ad Confessionem accederent, ante omnia cenebat, eos esse sedulo admonendos, ut sumpto spatium bidui tridui, intentius antea vitam suam inquirentes, delicta omnia, si diffiderent memorie, mandarent litteris, dolorisque sensum contritionemque à Deo suppliciter peterent, &c. Neque tamen à Confessione absolvendos illud, sed posteaquam ea quæ deberent, persolverent... Itaque Patri Gaspari de talibus hominibus præcipit in hunc modum: Confessionem non continuo sequatur absolutio, sed bisquam triduum dabitur eorum peccatoribus certarum rerum meditatione preparandi, ut interim primo ANIMORUM MACULAS VOLUNTARIIS ELUANT POENIS. Secundo, si quid debent, restituant. Tercio similitates, si quas habent, deponant. Quarto redeant cum inimicis in gratiam. Quinto à libidinibus consuetudine, sexto, & à cæteris flagitiis, quibus implicati sunt, expediantur. Hæc omnia absolutionem præcurrunt rectius, quam sequantur. Namque istiusmodi homines in ipsa Confessione promittunt se cuncta facturos; post absolutionem, fidei data immemores, promissa irrita cadere patiuntur. Proinde elaborandum est ut absolvendi representent, quod præstare debent absoluti, &c. Hæc Xaverius epist. 9. l. 5. Et rursum: *Audisti eorum culpas, ipsos iube sustinere per aliquot dies, comparando se ad veram peccatorum detestationem, &c. Sic refert Card. Aguirius ubi supra excursu 3. de differenda absolutione, & præmittendis aliquot operibus sive fructibus poenitentia dignis.**

Porro licet vir sanctus inter confessionem & absolutionem bidui aut tridui moram exempli gratiæ adferat (inquit Contentonus to. 9. c. 2. spec. 3.) quo magis peccatores ad poenitentiam induceret, eosque refractarios brevi ac facili aditu alleceteret; est tamen iudicio illius omnino consentaneum, ut, cum opus fuerit, poenitentibus longius temporis spatium concedatur.

S. Carolus Borromeus in Instruct. Pastor. c. 10. Res (inquit) vere operosa est, ad Sacramentum Pœnitentiæ rite accedere. Quomodo ad eod operosa, si tam facilis, ut Juniores prædicant? Sed alter censuit Antistes ille sanctissimus. Didicerat nempe à Tridentino, non sine magnis stictibus & laboribus in Sacramento Pœnit. Deo peccatorem ordinariè reconciliari. Didicerat id quod in sacramentali Ambrosiano tit. Instruct. pœnit. discretè monet, quod utique *divine Littere ab iis qui pœnitentiæ agunt, hoc efflagitant, ut fructus dignos pœnitentiæ fiant, utque ad Dominum convertantur in jejuniis, & si tu, & pœnit.* Quod quia paucis prælati noverat, in dicta Instruct. c. 17. S. Cœlæssurinus (inquit) *posuerit majorem industriam in peccatoribus examinandis, non dubium est, quin plures deprehendet, qui nunquam (ut oportuit) Sacramento Pœnitentiæ peccata sua expiarint.*

703 " B. Caroli velliga secutus est S. Franciscus Salesius " (ait contentio loco citato) "... qui, ut in ejus vita proditum est, S. Borromæum tibi ducem imitandum proposuerat. Fuit quidem illi, fateor, celestis instillata lenitas, atque eximia mansuetudo... Verum tamen iis quos regendos susceperat, pœnitentiæ studium & praxim, arctamque mortificationis viam, quæ sola in cælum ducit, vehementer indicabat. Et quia probè noverat, cor non posse divià charitate mutari, quin pœnitentiæ laboriosa exercitationibus vitiorum serpentes evellat... Idèd pœnitentiæ labores, pro gravitate criminum, animabus, quantum erant ad eos ferendos idoneos, imponere solebat. Quippe noverat, quod *purgatio & medicamentum ordinarium peccatorum non nisi paulatim & difficulter nascitur,* inquit p. 1. Intrad. c. 5. " Unde c. 6. *accidit sæpè (inquit) ut ordinaria Confessiones illorum, qui vitam vivunt communem & vulgarem, magnis cæcant defectibus. Nam aut præparatio nulla præmittitur, aut valde exigua, & consilio necessaria deest.* Propterea etiam in Constit. Synoda. tit. 9. c. 5. *iis qui vitiosis habitibus... eradicanis omnes nervos non attenuant, in Confessione alia communiti, discernendam dicit ab olivæ onem, suaviter eos monendo, quod ipsi hoc pacto otium detur... facienti aliam quam pœnitentiæ, ad veram pœnitentiæ obtinendam.*

§. XV.

Probatio decima-quarta ex præcipuis Theologis, antiquis & modernis, à quibus assertio nostra traditur.

704 **N**am imprimis Theologorum Princeps sanctus Thomas lib. 3. contra Gent. c. 158. ad hanc quæstionem, *qualiter homo à peccato liberetur?* sic respondet: " Oportet quod voluntas recedat à peccato per contraria his, per quæ in peccatum inclinata fuit: Fuit autem inclinata in peccatum per appetitum & delectationem circa res inferiores. Oportet igitur quod à peccato recedat per aliqua pœnalia, quibus affligatur propter hoc quod peccavit. Sicut enim per delectationem tracta fuit voluntas ad consentium peccati; sic per pœnas confirmatur in abominatione peccati: " Quod confirmat rationibus sequentibus: " quia oportet eum, qui de peccato resurgit, non solum delectari peccatum præteritum, sed etiam vitare futurum. Est igitur conveniens ut affligatur pro peccato, ut sic magis confirmetur in proposito vitandi peccati. Præterea ea quæ cum labore & pœna acquirimus " (gratiam scilicet, Dei amorem) " magis amamus, & diligentius conservamus... Sed homini resurgenti à peccato hoc maximè necessarium est; ut statim gratiæ, &

Dei amorem diligenter conservet. Est ergo conveniens, ut laborem & pœnam sustineat, ut gratiæ statim, & Dei amorem acquirat. Ad hæc " ordo justitiæ hoc requirit, ut peccato pœna reddatur. "

Vides, benigne Lector, iis ferè rationibus, conversionis difficultatem, & laboriosorum pœnitentiæ operum, ad eam obtinendam, necessitatem à S. Doctore probari, quibus supra c. 37. §. 5. probata fuit à S. Augustino. Et idèd in 4. dist. 17. q. 1. a. 3. dicit, quod præparatio ad gratiam gratum facientem quandoque diu ante incipit, quam infundatur. Discere hoc potuit S. Thomas à Guilielmo Parisiensi, cum quo vixit quidem, sed ipsum secutus est in Academia Parisiensi. Siquidem Guilielmus Parisiensis c. 6. de Sacram. Pœnit. sic habet: " Motus gratiæ prævenientis & præparantis sunt ad motum gratiæ gratum facientis, sicut aratio, rigatio & seminatio ad vivificationem seminis & exortum... qui enim piis lachrymis & elemosinâ, & sacris exercitationibus juniorum, discipularum, orationum & obligationum gratiam quarunt, quam nondum acceperunt, nullatenus dubitandum est, quin gratiam quandam prævenientem habeant, & præparantem eos ad gratiam gratum facientem... omnibus enim præcedentibus aut præparatoriis operibus illis, quasi mollicatur cor humanum, ut ei conjungatur & imprimatur Christus. " Per consequens præparatoria illa opera ordinariè necessaria esse vult ad mollificandum cor peccatoris; sicut aratio, rigatio, & seminatio necessaria est ad vivificationem & exortum seminis. Et cap. 19. quia intuitio Dei donum est, sicut omnis præparatio ad gratiam iustitiam Sanctorum, elemosinâ, lacris lachrymâ, sacris meditationibus, auditu verbi Dei, piis excitationibus, ac sanctis exercitationibus (utique juniorum, discipularum, orationum, &c. prout ante exposuit) procuranda est, & à Deo imperranda, & piis iisdem administranda à Patre misericordiarum, & obtinenda erit. " Et idèd, ut S. Thomas ait in 4. dist. 17. q. 1. a. 3. " præparatio ad gratiam gratum facientem quandoque diu ante incipit, quam gratia infundatur. Illuc communis & conclusus cursus justificationis " (ait 1. 2. q. 113. a. 7. & 10.) " ut homo convertatur ad Deum primò conversione imperfectâ " (per opera illa) " ut postmodum perveniat ad perfectam. "

Denique idem Guilielmus Parisiensis de Sacramento l. 4. fol. 48. " Impossibile est " (inquit) " membrum, quod non adhaeret corpori viventi, aut alicui ex membris ejus, vitam accipere; & corpus, quod non adhaeret animæ, necesse est esse mortuum. Propterea vivere volentibus viâ gratiæ, adhaerendum est corpori ipsius Ecclesiæ, cohabitatione scilicet & communitate sanctorum. Adhaerendum similiter Deo multâ, in d. jugi & assidua frequentatione ipsius, assidue audiendo eum in suis cloquiis, loquendo ei confessione, oratione, & laudibus, famulando ei, sicut in suis, hoc est confitendo, adjuvando, fovendo, beneficiendo suis. Qui autem sic Deo & Ecclesiæ fonti diu adhaerit, citò vitæ gratiæ particeps erit. "

Cardinalis de Alhaco, Episcopus Cameracensis, verba ista Pf. 6. *sed in Domine usquequò,* iidem penè verbis exponit, quibus Augustinus, iidemque rationibus laboriosam esse demonstrat peccatoris conversionem: siquidem loquens ex persona animæ pœnitentis, " usquequò Domine (inquit) sanitatem differis? Non est dilatio ista crudelitas tua; sed idèd differis, ut dum me diu luctari permittis cum vitis, ex hoc perfideas animæ meæ, in quæ mala se precipitavit, & ut inde cautior sit. Nam ex difficultate &

dilatione sanationis fit diligentior custodia receptae sanitatis. Vel idem perfectam mihi differaturacionem, quia imperfectam tibi offero orationem. Idem convertere Domine, hoc est, fac me ad te perfectè (id est plene) converti, hostibus multis impeditam, & oppressam, tanquam inhærentem perplexitatibus hujus saeculi, & spinas quasdam dilacerantium desideriorum in ipsa conversione patientem. Requirit ergo perfectam orationem (aliam proinde, ut supra n. 695.) ad obtinendam perfectam seu plenam conversionem.

708 Adrianus VI. quodlib. 5. "Reprehensibile est valde, peccatoribus veniam & securitatem de peccati remissione facile polliceri. Gratianus exponens allegatum verbum Prophetæ: *Converti* (inquit) *ascitur, qui omnino jam vertitur; cuius vox & cogitatio ita mortificationi deudat peccati, sicut prius fervierat iniquitati. Et hoc voluisse videtur Prophetæ, cum ait: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu, dicit Dominus. Item Ambrosius l. 2. de peccat. *Facilius inveni qui innocentiam servaverit, quam qui convergè egerit penitentiam.* Ob cuius defectum quodlib. 3. q. 1. sine argum. dicit, quod major pars hominum, citiam Christi fidelium, est extra statum gratiæ.*

709 Insuper eilem, si cæterorum verba sigillatim referrem. Sufficiet proinde loca indicare, in quibus similiter loquuntur. Assertioni itaque nostræ, præter Doctores supra laudatos, & sapientissimos Cardinales & Episcopos laudatos §. 12. subscribunt Rolemundus (Adriani VI. Discipulus) in suo Confessionali c. 11. de contrit. a. 1. Driedo de captiv. Gent. hum. tr. 4. c. 6. Heselius in Catech. p. 2. c. 8. Eilius in 4. diff. 15. §. 10. Morinus l. 5. de Penit. c. 5. Franciscus Ribera (S. Teresie Confessarius) in cap. 2. Joël. ad v. 18. A Lapide in cap. 2. Ofce ad v. 14. Joannes Maldonatus to. 2. de Penit. c. 1. 2. & 3. Emericus de Bonis tr. de Sacram. Altar. Arnaldus l. de freq. Commun. Contentonus to. 9. disert. un. c. 2. specul. 3. Merbesius de Penit. disert. 4. q. 53. Iveninus de Penit. q. 9. c. 4. a. 7. Jacobus Boudartius to. 5. de Sacram. Penit. tr. 4. §. 14. edit. 2. Dionysius Werlenfis Capucinus in 100 Pseudo-penitente correct. c. 1. a. 2. & 3. Jacobus Segnerus in Præfat. libri, cui titulus: *Instructio penitentis*, Hennebellus in novissima declaratione sua, coram Apostolica Sede facta die 18. Septembris. 1700. Cui 21. Februarii 1701. per Actum publicum subscriperunt Guilielmus Marcellus Claës S. Th. D. & Academiæ Lovan. pro tempore Rector, G. Huyghens S. Th. D. Henricus de Chanoux S. Th. D. Guilielmus Renardi S. Th. D. Florentius Sullivane S. Th. D. Franciscus Verchuren S. Th. Doctor, suam hæc de re doctrinam Cardinalis Aguirii verbis expressam sic exponentes.

710 "Primò, non ob quævis peccata interna, ex objecto mortalia, ut superbia, avaritia, iræ, invidia, &c. opera preparatoria passim injungenda esse hominibus, qui cætera christiane vivunt.

711 "Secundò, similiter necesse passim ea injungenda, etiam venerint ad peccata ex objecto mortalia externa, ut sunt rixæ, contentiones, &c.

712 "Tertio, si quis lapsus sit in fornicationem, aut aliud crimen paræ adhesionis & gravitatis, difficile & tardam passim esse ejusmodi peccatoris conversionem, adeoque impetrandam & Confessario probandam per opera.

713 "Quarto, opera illa esse hæc, & hujusmodi, à locis, consortiis, assidue peccandi occasionibus abstinere, reluctari adversus tentationes, orare, aliisque officia hominis Christiani sedulo obire, facere diligenter quæ sunt statûs & officii sui particularis: jejunare, si id patiatur vires corporis.

Tom. III.

ris, & officii ratio: eleemosynas, si facultas adfit, erogare, cessare à peccato: quæ satis laboriosa sunt peccatori alia agere assueti.

714 "Quintò, tempus, quo opera ista ante absolutionem peragenda sunt, tum ut impetretur conversio, tum ut ea satis probeatur Confessario, definiti non posse, sed debere passim esse notabile, si comparatur ad tempus, quo peragi solet preparatio illa ordinaria, quæ à plerisque hodie adhibetur.

715 "Sextò, expendenda verò esse hæc, gravitatem nimirum, & adhesionem peccatorum, modum quo peccata commissa sunt, an ex ignorantia, an ex malitia: durationem quæ in peccatis hæsit peccator, fervorem quo penitentiam agit, tentationibus & peccato resistit, occasionem fugit, orat, &c.

§. XVI.

Probatio decima-quinta ab exemplo vel ipsorum Misericordiarum.

716 Ipsi namque, sicut Barbari ac Schismatici, Christi fidelibus, S. Sedis Apostolicæ adhaerentibus, suo roborem insipienti exemplo; utpote qui hoc ipso sæculo, antequam confitentur, sepe per octo dies continuos austero & rigido jejunio affligunt, nihil aliud sumentes, quam panem induratum, & vilem acidumque potum; ut proinde viscerum dolores, & inveteritatem contrahant, testante id de visu, & habitatione cum iis diuturna, Adamo Olecrio *luneris Persici* c. 30. Sic ex ipso refert Eminentiss. Aguirius ubi supra excursu 2. An non ipsi exurgunt in iudicio contra ignavos ac molles Catholico-Romanos, qui non solum post aliquod grave crimen, sed post plurima commissa, nullo præmissò jejunio, austeritate, fletu, aut planctu; accedentes ad confessionem statim absolvi volunt, & miti ad Communionem. Quòd si Sacerdos pius, doctus, & versatus in disciplina Ecclesiastica (ait idem Eminentissimus excursu 1.) illos hortetur ad jejunandum, plangendum, aliquot hebdomadibus, aut saltem diebus, ut veram de peccatis contritionem, & totius cordis conversionem impetrent, quæ Deum gravissimè offensam sibi conciliant, seseque ad veniam disponant, videbis illos impatienter omnino id ferre, & vociferari adversus Sacerdotes ejusmodi, eosque incusare velint crudeles & carniciferos conscientiarum. Hoc novo injustissime accusationis & criminationis scelere jam longè nequiores effecti, adeunt quempiam alium Sacerdotem, ignavum, remissum, pallionem, aut nullius zeli circa disciplinam Ecclesiasticam, & absque ulla contritione de novo scelere commissò, ac de aliis præcedentibus, levi satisfactione impolitâ, statim assequuntur, aut extorquent ab eo præoperam abolutionem, & intemptivam Communionem, utramque ingenti dantis & recipientis damno. Hæc tenent Eminentissimus.

§. XVII.

Probatio decima-sexta à validissimo rationum Theologicarum firmamento. Quarum prima petitur ex eo quòd eadem hodie sit, quæ olim, criminum gravitas; non facilius proinde ex parte Deorum remisso, nec facilius peccatorum conversio.

717 Eadem esse hodie, quæ olim fuit, criminum gravitatem, nemo est qui revocare possit in dubium: eadem quippe divina Majestas est, quæ offenditur; eadem offendentium vilitas; eadem divina lex, per cujus violationem Deus offenditur; eadem denique, seu similes circumstantiæ.

718 Si eadem criminum gravitas; non apparet quo

Qq 2

ex capite Deus ex parte sua facilius ea hodie remittat, quam olim; vel cur hodie gratiam conversionis facilius concedat, quam olim. Cum eadem hodie sit lex Dei convertens animas, quas fuit prioribus Ecclesiae saeculis; eadem proinde Deus a peccatoribus hodie exigit, ad gratiam conversionis ipsis concedendam, quam olim exigit.

§. XVIII.

Probatio decima-septima ex eo quod poenitentiae labores ad criminum, maxime grandium, remissionem divina exigit iustitia.

719

Quod eos divina exigit iustitia, Tridentinum declarat verbis supra relatis: ad quam tamen via novitatem & integritatem, per Sacramentum Poenitentiae, sine magnis nostris fletibus, et laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus. Si vero divina iustitia id exigit ad integram remissionem poenitentiae temporalis, culpa jam remissa; a fortiori id exigit ad ipsam quoque culpa poenitentiae aeternae remissionem. Rationem vero cur divina id exigit iustitia, Gregorius Magnus profert lib. 4. in 1. Reg. hisce verbis: Quibus peccata dominantur, per se ab eorum iugo liberari nequeunt. Nam saepe ad Deum cum precibus veniunt, sed exaudiri non possunt. Divino siquidem iudicio cum eis agitur, ut qui voluerunt mala vitare, cum possent, non possunt vitare, cum volunt. Et qui sponte incurrunt mala praecognita, sugere non possunt experta, nisi cum magna difficultate & labore, seu magnis precibus, laboribusque poenitentiae operibus diu pulsant ad fores divinae misericordiae. Et, ut Tridentinum ait sess. 14. c. 8. divina iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero qui semel a peccati, & demonis servitute liberati, & accepto Spiritu sancti dono, scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Peccatores ergo, qui de criminibus veniam obtinere volunt, sed laboriosa poenitentiae opera cum in finem facere renuunt; similes sunt homini qui mercem alienam sibi volunt comparare, sed nolunt pretium illius solvere, ut Tertullianus advertit in l. de Poenit. c. 6. dicens: Quid tam ineptum, quam poenitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere? Hoc est pretium non exhibere, & ad mercem manum emittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit; hac poenitentiae compensatione redimendam proponit impunitatem. Iustitiae quippe lex non permittit impunitum esse peccatum, sed vel à Deo illud aeternum puniri vult, vel temporaliter ab homine, Augustinus teste, qui ait in Psalm. 50. Non Domine, non erit impunitum peccatum meum; novi iustitiam ejus, cuius quaro misericordiam. Non impunitum erit: sed ideo volo ut tu me non punias, quia ego peccatum meum punio. Idem docet S. Gregorius l. 9. Mor. c. 17. Aut enim ipse hoc homo in se poenitens puni; aut hoc Deus cum homine vindicans percussit. Itaque exomologesi (ut Tertulliani verbis utar ubi supra c. 9.) in peccatorem ipsa pronuntians, pro Dei indignatione surgitur, & temporali afflictione aeterna supplicia non dicam frustratur, sed extinguit. Si quidem expectat Deum gemitu nostris temporales, ut remittat perpetuos. Ambrosius l. 1. de Poenit. c. 4. Et necesse est praeviatricem animam tartareis poenis, & gehenna ignibus tradi; nec aliud remedium constitutum esse post baptismum, quam poenitentiae solatium. Peccator ergo, si sibi ipsi non pepererit, à Deo illi parceretur; & si futurum poenitentiae gehenna perpetuus in hoc parvo vitae spatio compensaverit, sorsum ab aeterno iudicio liberat. Idem ibidem. Proinde si peccatores, velut suae iniquitatis ultores, in se voluntariam poenam severissima a-

mnadversionem exerceant, temporalibus poenis mirabunt aeterna supplicia. Et labrym ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent aeterni ignis incendia. S. Prosper, vel Julianus Pomerius l. 2. de vit. contempl. c. 7.

§. XIX.

Probatio decima-octava ex eo quod labores illorum divina pariter exigit clementia, ob spirituale bonum poenitentis.

Si enim tam facile peccator gravium criminum veniam ordinariè consequeretur, ut ad eam consequendam vel nullos, vel modicos subire deberet poenitentiae labores, ludus ipsi esset peccando cadere in mortem, ut Augustinus dicit. Ne hoc ergo contingat, vel ipsomet spirituale poenitentis bonum, benevolaeque Dei erga peccatorem misericordia postulat, ne tam facile ipsi peccata remittat. Quod & amplius demonstrabunt rationes §. XXIII. ex S. Augustino deducenda.

§. XX.

Probatio decima-nona ex eo quod non minus id ipsum postulet reverentia Sacramenti, effectusque ipsius, gratiae utique sanctificanti debita.

Hanc rationem nobis subministrat Eminentissimus D. Cardinalis Denhoffius in sua Pallo-rali Instructione §. 9. Ubi postquam probavit, divinam iustitiam exigere ut peccator, maxime consuetudinarius, poenitentiam inchoet, antequam absolvatur, subiungit, reverentiam debitam gratiae sanctificanti (quae principalis est fructus Sacramenti Poenitentiae) vel etiam potestatem qua reverentia ipsi debita non permittit ipsam exponi proximo periculo expulsiōnis ex anima illius, qui propediem merito timet relapsurus, si post grande crimen, maxime consuetudine firmatum, vel quod magna sit adherentia (cujusmodi est peccatum luxuriae, de quo diabolus dicitur maxime gaudere, ait S. Thomas 1. 2. q. 73. a. 5. ad 2. quia est maxima adherentia, & difficilis ab eo homo potest eripi) illius veniam seu absolutionem absque parvis poenitentiae laboribus facile fuerit consecutus. Ob consimilem rationem (inquit sapientissimus Cardinalis) Theologi secundum D. Thomam communiter docent, baptismum non esse dandum proliis infidelium, tamen si huius Sacramenti sint capaces, propterea quod periculum subest, ne, ad maturiorem aetatem procecti, illam praesens dissipent, imitando superstitionem parentum.

§. XXI.

Probatio vigesima ex eo quod iustitia, seu gratia justificans, perditam, sine laboribus illis ordinariè non magis recuperari possit, quam habita conservari.

Argumentum istud in forma sic confici potest: nihil minus requiritur, ad hoc ut peccator iustitiam perditam recuperet, quam ut iustus eam habitam conservet. Sed ut iustus eam habitam conservet, cum timore & tremore salutem suam operari debet in laboribus, in vigiliis, in elemosinis, in orationibus, & oblationibus, in jejuniis, & castitate, ut docet Tridentinum sess. 6. c. 13. Si haec ergo Concilium Generale novissimum requirit à iustis, ut iustitiam acquisitam conservent; non pau- ciora certe requirit à peccatoribus, ut iustitiam amissam recuperent. Sola major propositio indiget, si tamen indiget, probatione. Probatur itaque tum ex eo quod (Ambrosio teste) facilius sit iustitiam acceptam conservare, quam amissam congruè poenitentia recuperare. Tum quia ratio propter quam Tridentinum illa docet iustis esse necessaria, cae-

his paribus magis urget in peccatore, quam in iusto. Si enim operibus illis, velut armis defensivis, iusti indigent, ob pugnam, quae ipsis superest, cum carne, diabolo, &c. (formidare enim debent de pugna, quae superest, cum carne, cum diabolo, &c. ait Tridentinum) magis illis peccatores indigent, ob majorem pugnam, quam magis formidare debent, cum carne, cum diabolo, &c. quia in ipsis praedominatur cupiditas, quae pugnam illam & majorem reddit, & d. fortiosem, & periculiosorem, sicut & inimicos reddit fortiores. Ubi e contra in iustis praedominatur charitas, quae pugnam illam minorem efficit, & faciliorem, & inimicos debiliores. Dixi ceteris paribus: quia iusto fortè difficilis est, gratiam ad longum tempus, v. g. viginti annorum, conservare, quam peccatori eam tempore breviori recuperare. Sed per hoc non enervatur praesens argumentum: quia ratio & doctrina Concilii Tridentini non solum procedit pro longo illo tempore, sed & pro breviori: cum indefinita sit & universalis: indefinitè namque & universim, cum SS. Patribus, Tridentinum docet, justum omni tempore divinum auxilium orationibus, ac piis operibus implorare debere. Quod enim tempus praesentis (ait Gelasius Papa episc. ad Episcop. Gall. c. 9.) quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causisque... adjutor & protector orandus est... clamante Apostolo, non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aëris hujus, & contra spiritualia nequitiæ in caelestibus. Ideo, nisi magnus precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrena labis, & mundani corporis vincere conamur errores, cum patres nos ad resuscitandam non liberum arbitrium, sed Dei solum reddere possit auxiliium. Innocentius I. episc. 118. inter Augustinianas. Ob hanc itaque rationem adiutorium Dei etiam renatis & sanctis semper est implorandum, prout docet Tridentinum. Ergo à pari, in d. à fortiori, eum à peccatoribus, praeterim magnis, dum converti incipiunt, ut plenè conversionis gratiam obtineant. Eò quòd tunc acris à dæmone & concupiscentia tententur, ut à proposito desistant. Dicit enim Bernardus de convert. ad Clericos c. 11. Quotidianis discimus experimentis, eos qui converti deliberant, tentari acris à concupiscentia carnis, & urgeri gravibus in operibus suis, & lateris, qui Aegyptum egredi, & Pharaonis imperium effugere meditantur. Similia habent Cyrillus l. 1. de ador. in spir. Gregorius Magnus l. 7. in cap. 14. lib. 1. Reg. Ildorus l. 2. c. 9. Vide hæc omnia validè confirmata supra n. 602.

§. XXII.

Probatio vigesima prima ex eo quòd dona caelestia Deus velit magnis precibus, lacrymis, & laboribus, etiam à iustis impetrari.

Magnum esse plenæ conversionis donum, illudque caeleste, constat ex dictis cap. 39. docetque Augustinus tr. 27. in Joan. aien, majoris esse misericordiae impios justificare, quam iustos creare. Et Gregorius in Psalm. esse unum ex perfectis donis, descendentiis à Patre luminum, majus resurrectione mortuorum. Magna verò dona caelestia, ne à iustis quidem ordinariè impetrantur, nisi multum roganibus, gementibus, & laborantibus: quanto minis à peccatoribus, praeterim magnis? Ipsamet Deipara (uti narrat S. Brigitta, apud Corneliū à Lapide in cap. 31. Proverb. ad v. 27. sibi ab ipsa revelatum fuisse) nullam gratiam à Deo accepit, nisi prævio magno labore, precibus & lacrymis. Ideòque hortatur eandem, ac quosvis fideles, ut iidem mediis gratiæ dona sibi procurant. Non enim aliam

esse viam ad gratiam, quam mortificationem & crucem. Et S. Nilus episc. 317. scribens Athanasio defensori, caeleste aliquid donum sine labore à Deo obtinere satagenti: *Hand dissimilis est (inquit) poscenti: vellem videre pluvias, sed nolo frigore rigescere. Veritatamen quomodo fieri potest, ut absque frigore pluvias obtineas? quomodo ergo appetis exorarique tibi spiritualem aliquam gratiam sine dolore & afflictione? Opus est cura qui vult magis quadriam caeleste obtinere, multas suserre afflictiones, & tentationes, & angustias (quae omnia validissima hyemis rationem praeseferunt) & sic postmodum Spiritus sancti fructus demere.* Et S. Chryostomus S. Nili Magister, hom. 24. in Matth. *Auxilium Dei orationum perseverantia promeretur. Propterea & petere praecipit Salvator, & se datum respondit. Nec tamen obiter iussit, sed cum sedulitate multa, & intentione.* Et hom. 9. in episc. ad Hebr. *Opus est intensis precibus, multis lacrymis, & interdum, & motu... & post orationem ad eam intentionem, multa opus est elemosina.* &c. Et hom. 27. in Genes. *Exauditur est nos, si voluerimus... jejuniis subsidio non abuti, & excusata socordia, continuis precibus placare Dominum, caelesti profundero lacrymas... elemosinas dare largas, afflictiones, quae mentem nostram perturbant, refricare, &c.*

§. XXIII.

Probatio vigesima secunda ex eo quòd oratio, sine jejuniis, &c. nil magnum obtinere solet.

Propterea namque Cyprianus episc. 7. ad Placandum (inquit) & exorandum Dominum, non voce sola, sed & jejuniis, & lacrymis, & omni genere deprecationis ingemiscamus. Tria sunt (ait Petrus Chrysologus item. 43.) per quae fiat fides, constat devotio, manet virtus, oratio, jejunium, misericordia. Quod oratio pulsat, impetrat jejunium, misericordia accipit. Oratio, misericordia, jejunium, sunt haec tria unum: dant haec sibi invicem vitam. Est enim orationis anima jejunium: jejunii vita, misericordia est. Haec nemo rejiciat: nesciam separari. Horum qui unum habet, ista qui simul non habet, nihil habet. Ergo qui orat, jejundet; qui jejunit, misereatur; auctas peccentem, qui peccens optat audiri. Auditum Dei aperit sibi, qui summa supplicanti non claudit auditum. Jejunium jejunatur intelligat; esurientem sentiat, qui vult Deum sentire quod esurit. Misereatur, qui misericordiam sperat... Qui praestari sibi vult, praestet. Improbis petitor est, qui quod aliis negat, sibi postulat... Ergo misericordia, oratio, jejunium, sunt unum patrocinium pro nobis ad Deum, pro nobis haec advocatio sint una. Una haec pro nobis oratio sit tripartita... Haec cui in caelestibus non assistunt, ipse non subsistit in terris.

Similiter Augustinus in Psalm. 42. in fin. Haec 725 justitia bonis in hac vita, jejunium, elemosina, & oratio. *His orationem tuam volare ad Deum? fac illi duas alas, jejunium, & elemosinam.*

Et rursus Cyprianus l. de opere & elemosina sub initium. *Ostendit (Archangelus Raphael Tob. 12. 8.) orationes nostras & jejunia minus posse, nisi elemosinis adjuventur; deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorum & operum accessione fiantur. Revelat Angelus, & manifestat, & firmat, elemosinis petitiones nostras efficaces fieri.*

Et Gregorius Magnus hom. 16. in Evangel. 727. *Nemo sibi abstinentiam solum credat sufficere, cum per Prophetam Isa. 58. Dominus dicat: "Nonne hoc est magis jejunium quod elegi? ... Frange esurienti panem tuum, &c." Illud ergo jejunium Deus approbat, quod ad ejus oculos magis*

310
nus eleemosynarum levat; quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire, ut unde caro tua affligitur, inde egentis proximi caro reparatur. Quisquis ergo congrue vult poenitere, oret, jejunes, pauperis misereatur. Poenitentia sapor est jejunium, ait Os aureum serm. de Poenit. qui incipit: Proximi da mente. Et ut Basiliius hom. de jejunio, poenitentia sine jejunio friget; sive, ut Augustinus l. 1. contra Julian. c. 5. poenitentia sine jejunio vacua est. Rursus Os aureum serm. 5. de poenit. Poenitentia sine eleemosyna mortua est; & sine plumis volare nequit. Poenitentia, poenitas eleemosynae non habens.

§. XXIV.

Probatio vigesima - tertia ex eo quod asseram a nobis poenitentialium operum laborumque necessitatem probent rationes, quibus Augustinus supra cap. 37. §. 5. conversionis probavit difficultatem.

728 **P**rima quippe ratio fuit, ut animae peccatrici persuaderetur in qua mala se peccando praecipaverit. Neque id ipsi persuaderetur, si absque illis, vel ferè ullis poenitentiae laboribus, criminalium culparum, poenaeque aeternae remissionem, & plenam conversionis gratiam facile posset obtinere. Quia homines apprehendere non solent ut grande malum, à quo facile liberantur.

729 **S**ecunda ratio fuit, ut peccator cautius receptam custodiat sanitatem. Quod enim facile sanatur, non multum cavetur. Facile autem sanatur, si absque illis vel ferè ullis poenitentiae laboribus sanitatis partem praecipuam, peccatorum utique ac gehennae remissionem, ordinariè consequi possit. Alter ergo divina providentia disposuit, ut ex difficultate sanationis impostum sit diligentior custodia receptae sanitatis.

730 **T**ertia ratio fuit, ut peccator simul illud agnoscat, quanta mala impiis preparantur, qui se nolunt convertere, dum experitur quod tantam difficultatem convertentes patiuntur. Tantam verò non paterentur, si nullos poenitentiae labores subire deberent, ut ad plenam conversionem pervenirent.

731 **Q**uarta ratio fuit, ut peccator discat magna magne desiderare; plenae proinde conversionis gratiam ardentè desiderare, instanter petere, pro eaque obtinenda nihil negligere, nec sibi parcere.

732 **Q**uinta ratio fuit, ne gratia plenae conversionis vilesceret. Vilesceret autem, si absque praeviis poenitentiae laboribus obtineretur.

733 **S**exta ratio fuit, ne conversionem suam suis viribus tribueret, si ad eam facile perveniret. Dum enim peccator magnam in sui conversione difficultatem non sentiret (quam profectò non sentiret, si absque magnis poenitentiae laboribus ad plenam ordinariè conversionem perveniret) tamquam de suis viribus superbiat, & per illam superbiam in pugna contra concupiscentias suas nunquam ad victoriam perveniret, nec contra praedominantem cupiditatem Dei charitas praevaleat.

§. XXV.

Probatio vigesima - quarta ex eo quod peccator consuetudinarius censeri nequeat plenè convertus, quamdiu prava consuetudo manet ipsi proxima relabendi occasio. Qualis tamdiu manet, quamdiu contrariis actibus non expugnatur.

734 **Q**uod prava peccandi consuetudo proxima sit peccandi occasio, experientia & Sancti doct. Experientia (inquam) quae docet hominem assuetum vel venialibus quibusdam, quae Taulerius inherentia vocat (quia iis animus per affectum inhaeret) vix unquam eorum affectum plenè, sive ex toto corde deponere, sed semper, vel ferè semper, oblata occasione, in ea reincidere. Quia tamen conatum aliquem adhibeant ad

corrigen dum eorum habitum; ut plurimum vel adiacet eis, perficere autem non inveniunt, nisi multo labore, multa sui humiliatione, multa prece, valde frequenter & ferventer repetita, pullent ad fores divinae misericordiae. Sitanta est difficultas exuendi totaliter voluntatem, vincendique consuetudinem ejusmodi venialium; certe non minor est difficultas exuendi totaliter voluntatem, vincendique pravam consuetudinem mortalium. Ideòque absque multo etiam labore, humiliatione, prece frequenti, & ferventi, ordinariè non vincitur ejusmodi consuetudo. Debet autem saltem eò usque vinci, ut jam amplius non necessitet, seu quasi necessitet moraliter ad relapsum, nec ad eum fortiter impellat. Quamdiu enim ad eum necessitat, vel quasi necessitat, seu ad eum fortiter impellit, proxima est relabendi occasio. In qua quamdiu peccator voluntati manet, plenè convertus reputari non potest. Quia ex toto corde peccatum non vult deferere. Ut si expertum fatetur Augustinus l. 8. Confess. c. 5. etiam si bonam sese convertendi voluntatem habere coepisset; quia (inquit) velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate perverja facta est libido: Et dum servitur libidini, facta est consuetudo: Et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus, quasi consiliis quibusdam sibi innoxii, tenebat me obsistendum dura servitus. Voluntas autem nova, qua mihi esse ceperat, de consuetudine illa emendanda, nonnumquam erat idonea ad superandam priorem vetustate roboratur. Gregorius quoque Magnus l. 11. Moral. c. 5. Sese (inquit) nonnulli à pravis actibus exire capiunt; sed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in male consuetudinis carcere inclusi, à semetipsis exire non possunt. Quia (ut ait l. 6. c. 2. in lib. 1. Reg.) perfectè velle non possunt. Conformiter Anselmus l. de similitudin. c. 189. Jactatur diabolus cum hominibus multis, quos irretitus suis laqueis, pro sua voluntate, in diversa vitiorum impedimenta pertrahit. Sunt enim quidam, ut v. g. dicam, avaritiae, seu luxuriae, & similia flammis succensi, ex mala consuetudine illis addicti. His contingit aliquando, ut, sua facta considerantes, se amodo à talibus cessaturos ore promittant, & more avis irretita, liberos se avolare autment. Sed quia pravo usu irretiti, ab hoste tenentur, nolentes in eadem vitia desiciantur, sique hoc sepius, nec omnimodò liberantur, nisi magno conatu, & gratia, finis abrumptatur male consuetudinis. Et s. Aelredus serm. 15. in 11a. Scit qui expertus est, quomodo vitiiis subditus miserabiliter ab ipsis concutitur, & quasi obsessus undique lapidatur. Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati. O dura servitus! quae etiam innoxiam remitentem plerumque cogit ad vitia: cum violentia mole consuetudinis ad illud impellitur vitium, quod jam detestatur, ut mirum in modum & peccatum ita velle ut faciat, ita vult ut ploret. Verissime ergo Gregorius l. 4. Moral. c. 25. Cum culpa in usum venerit, ei jam animus, etsi appetat, debilius resistit. Quia quot viceibus prava frequentationis adstringitur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur. Debet igitur animus adversus vim prava consuetudinis per actus contrarios & laboriosa poenitentiae opera in tantum roborari, ut consuetudini pravae jam bona omnimodò praevaleat, & violentia sentendi cedat consuetudo peccandi, inquit Augustinus tr. 49. in Josn. Neque enim aliter prava consuetudo ordinariè delinere esse proxima occasio relabendi. Dicit namque Ildorus l. 2. sent. c. 32. Satis delicate se palpat, qui vult sine labore vitia superare, dum peccati legem, quam sibi deserviendo vitiiis fecit, sine violentia doloris resistere non possit.

Probatio

§. XXVI.

Probatio vigesima quinta, ex eo quod peccatores sine prævio pœnitentiæ operibus post grande crimen absolvi volentes, ut plurimum sint mundani homines, qui vel in deliciis, vel desidiôsè vivunt, nec aliter vivere volunt. Tales autem cœteri non possunt sincerè ac plene conversi, utpote non habentes firmam efficacque propositum deinceps non peccandi, mandataque servandi.

735 **C**onveniunt omnes, sincerè ac plene conversum cœteri non posse, qui firmum efficacque non habet propositum deinceps non peccandi, mandataque servandi; nec in his propositum illud adesse, quibus non adesse firma ac plena voluntas sibi comparandi adhibendique media ad finem istum necessaria. Porro media illa Christus & Apostoli nobis præscripserunt, sequentia utique: contendere intrare per angustam portam; carnem suam crucifigere cum vitis & concupiscentiis; mortificare membra sua super terram; vigilare & orare, ut non intremus in tentationem; semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferre; in omnibus sollicitè ambulare cum Deo. &c. Quæ omnia, tot inter tentationes & concupiscentias sæculi, tantò magis necessaria sunt peccatoribus ad servanda mandata, cavendamque recidivam peccati, quantum per peccatum facti sunt infirmiores, debiliores, & ad peccatum procliviores. Nam quò quispiam magis est debilis & infirmus, eò magis sollicitus esse debet de continendo se ab omnibus, quæ recidivam causare possunt, sicut & de roborando se, per media proximè dicta, adversus insidias diaboli, & concupiscentias sæculi. Nisi ergo peccator id absolute efficaciterque velit, recidivam absolute efficaciterque cavere non vult. Quod tamen necessarium est ad plenam conversionem, sicut & ad justificationem & salutem. Enimverò si peccator, absque mediis antedictis, plene converti posset, consequenter justificari salvarique posset. Atqui hoc non potest, juxta Evangelium Matth. 7. ad id requirens absolutam efficacemque voluntatem sequendi Christum per angustam portam, & arctam crucis viam. Nam qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus, ibid. c. 10. Etque ad eò arctæ crucis via, per quam jubemur sequi Christum, ut c. 11. dicitur: *Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et Luc. 13. Veritas clamat: *Contendite* (græcè, agonizate, id est quasi in agone & agonia constituti, extremas summasque vires exerceite, ait Cornelius à Lapide in c. 7. Matth. arctando scilicet & confringendo concupiscentias passionisque vestras, & mortificando sensus ac membra vestra) *intrare per angustam portam.* Quòd si Evangelium hoc requirat ab omnibus Christianis, quantum magis à peccatoribus? in quibus, etiam remissa culpa, remanent dispositiones ex precedentibus actibus causata, quæ dicuntur peccati reliquia, ait S. Thomas p. 3. q. 86. a. 5. tametsi remaneant debilitata, & diminuta, ita quòd homini non dominantur. Quia sicut non mox ut febris abcessit, cessat debilitas per febrim causata: sicut etiam (ut S. Bernardus ait, tract. de Conv. ad Cler. cap. 17.) *interdum corpus oculus... festuca... jam sublata... aliquandò caligare videtur... neque ut ferrum extraxerit, continuo vulnus redditum est sanitati: sed tunc primum necesse est adhibere somenta, & operam dare curationi. Nemo ergo, sentinam ejiciens, mandum se protinus arbitretur; quinimò noceret, se multis purificationibus indigere, nec modo lavandum aquâ, sed & purgandum & exarnandum igni.*

736 Quemadmodum ergo recenter à febre curatis necessaria est specialis custodia contra relapsum in fe-

brim: sic consuetudinariis, recenter à peccato conversis, necessaria est specialis custodia contra relapsum in peccatum. Necessaria, inquam, est specialis sollicitudo cavendi à peccatorum occasionebus & illecebris. Quia recenter conversis illecebræ illæ periculosa sunt, & à multis infirmi præ aliis abstinere debent; utpote qui ad aliorum fortitudinem comparare sese non debent; & quibus, ob superfluentem indispositionem, post recentem febris abcessum, nociva sunt multa, quæ perfectè sanis nociva non sunt; à quibus nisi cæteris sollicitius custodire se velint, febris recidivam efficaciter evitare non volunt. Propterea ergo recenter conversis, sua illa infirmitas magna est relapsus in peccatum occasio, nisi congruis, aptisque remediis, fugâ occasionum, instantiâ orationum, praxi mortificationum, cæteris sollicitius fuerit custodita: nisi etiam cavere velint à vita delictiosa & voluptuosa, & juxta præscriptum Tridentini sess. 6. c. 13. salutem suam operentur *in laboribus, in vigiliis, in elemosinis, in orationibus, jejuniis & castitate.* Quod si plenâ voluntate præstare nolint, plenâ voluntate peccati recidivam non volunt cavere, nec suam illam infirmitatem curare; utpote quæ laboribus exiguis curari non potest, nec vitâ remissiore, & voluptuosa.

737 Alioqui, ne post peccata quidem multa & magna, opus esset tantâ contentione, agonizatione, & violentiâ sibi illatâ, prout Evangelium docet, si per vitam delictiosam, remissam, & voluptuosam, ad salutem perveniri posset, tresque animæ hostes, cum tribus mundi concupiscentiis, superari. At contrarium Veritas docet, quia, ut S. Bonaventura ait serm. 1. in Domin. 4. *Quadrage. Christus Rex Regum statuit decretum, quòd nullus eum possit videre, nisi sit secum crucifixus. Et hoc decretum est tanta generalitatis, ut cum nullo dispensetur, sed quilibet teneatur accipere crucem mortificationis in suo corpore.* Et sicut paulò post dicit, *exemplo multitudinis Christum sequentis per desertum, propter signa sanitatis, quæ videbant super infirmos fieri corporaliter, informantur omnes spiritualiter sequi Christum per desertum asperitatis & pœnitentiæ, ut à suis infirmitatibus liberentur.* Nec mirum, quia, ut Gregorius ait l. 11. Moral. c. 28. *mens etiam pia & recta, nisi in statu suo arctâ custodia disciplinâ teneatur, semper in deteriora dilabitur. Unde nunc, cum ad meliora nititur, quasi contra ichthum fluminis conatur. Cum verò ab intentione ascendendi resolvitur, sine labore ad ima ducitur. Quia enim in ascensu labor est, in descensu otium (ad ima ergo descendit, qui desidiôsè vivit) intravuros per angustam portam Dominus admonet, dicens: *Contendite intrare per angustam portam.* Dicitur quippe angustæ portæ introitum, præmissi, *CONTENDITE: quia nisi mentis intentio serveat, anda mundi non vivitur, per quam anima semper ad ima revocatur.* Idem docet Chrysostomus hom. 70. in Matth. *Magno studio regnum caeleste capiamus. Nemo enim (inquam) desidiâ corruptus illuc introire poterit. Propter quod homil. 22. in Genes. Dum adhuc tempus habemus (inquit) omnem deponentes ignaviam, virtutem amemus, peccatum odio habeamus. Nisi enim & ad istam amorem, & desiderio quodam immenso nos contulerimus, & ignaviam valde oderimus, neque hujus damnus effugere, neque illam amplexari poterimus.* Et quomodò plene conversi cœteri possunt, quomodò mandata possunt servare, salutem proinde consequi, cum scriptum sit i. Timoth. 5. *Vidua quæ in deliciis est, vivens mortua est?* Quomodò amatores sæculi mandata servare possunt, cum iterum scriptum sit: *Siquis diligit mundum, charitas Patris non manet in eo.* i. Joan. 2. *Certi sunt peccatores, se gratiam non consecuturos & salutem, nisi spiritum habuerint crucis**

& poenitentiae; per consequens nisi renuntiaverint vitae deliciose ac desidiose, incedentes per viam arctam, ipsis in Evangelio praescriptam, extra quam salus esse non potest. Quia *via lata* (ait Augustinus in Ps. 39.) *morsifera est, latitudo ejus delectat ad tempus, finis ejus angustius in aeternum. Lata via* (inquit Hieronymus in cap. 7. Matth.) *est saeculi voluptas, quam appetunt homines. Angusta, quae per labores & jejunia panditur. . . . Per latam multi ambulantes, angustiam pauci inveniunt. Latam non quarimus. . . . Sponte se offert, & errantium via est.*

738 Legi meretur praecleara hac de re Instructio Episcopi Atrebatenfis c. 1. ubi ex grandi hac christianaque veritate, quod arctam crucis viam sequi debeat, quisquis vult ad salutem pervenire, concludit, "in errore magno versari tot Christianos, qui non deserunt viam latam saeculi, ad Sacramenta accedunt: tot etiam Confessarios, qui eos in vitiis suis fovent, directione aded ignava & molli, ut, quamquam peccatores illi baptismi sui innocentiam servassent tam fideliter, ac eam per crimina sua amiserunt infideliter, deberent eos tamquam Christianos, ad vias duriores ac molestiores constringere. Neque enim vita deliciarum & voluptatis est vita Christiana. Estque veritas constans, eaque fidei, Christianos, qui spatiosas mundi vias ambulant, quorum vita in mediis saeculi deliciis, corde nunquam ab iis avulso agitur, qui cupiditatibus toti addicti sunt, quorum unus scopus est, una cura, unum in mundo negotium, aut avaritia, aut ambitio, aut voluptatibus suis satisfacere. . . . qui dum semper laborant, semper otiantur, quia nunquam vel parum laborant Deo. Tales, utpote in via lata ambulantes, justi esse non possunt. Nec enim justus esse possunt, nisi sint in via arcta. Domicella mundi v. g. quae seipsa occupatur dies totos, ut hominibus placeat; quae modo mundano & immodesto se vestit; quae dum modum (*la mode*, ut aiunt) habet velut speciem quamdam religionis, collo & humeris nudis laqueos tendit innumerorum hominum castitati; cujus cor mundo plenum est, nunquam Deo; quae templum non ingreditur, nisi ut majori illic pompa, & graviori crimine immodestiam suam oculis Dei ostentet, ipsique Christo Jesu in altaribus nostris quodammodo insultet: mulier (inquam) ista, semper in gaudio, in voluptatibus, in deliciis, estne in via arcta? Minime sane. Est ergo in via perditionis. Nunquid confitetur? Saepe. Non ergo suus eam novit Confessarius? Versatur cum illa frequenter. Nunquid haec agendi ratio in mundo communis est, at simul proflus damnanda? Quot in hac effigie cognoscere licet, qui in perniciem suam currunt, dum forte Confessarius tantum charitatis non habet, ut eos admoneat, timore displicendi; aut non tantum firmitatis, ut, post inutilia monita, cogat eos, negando Sacramentum (quo nocentiores fiunt) vitam mutare. . . . Quot apud mundum honesti, qui alias non habent regulas, quam saeculi, semper in comestationibus, ne tamen ebrii; semper circa fortunam suam occupati, desiderio immoderato, & ambitione, quae limites non habet, ne tamen injusti; semper in voluptatibus, quas non damnat mundus, nec tamen impudici? Hi omnes inceduntne per viam arctam? Nunquid incedunt per viam spatiosam; ac proinde per viam perditionis? Hi omnes nunquam aut debito conscientiae, aut Ecclesiae praecipis de Confessione & Communione annua satisfaciunt? Nulla interim mutatio. Unde hoc? An quod praeclearae convicti non sumus, tenendam esse viam arctam, ut veniat ad ea-

lum? An quod haec veritas salutis sterilis maneat in mente, nec ad cor usque transeat? An quod nec ad mentem forte ipsam perveniat? An quod excæcet ipsos cupiditas? An quod versetur in ignorantia? An quod forte Directores & Confessarii veritatem istam ignorent, & sint duces caeci, qui aliis ducatum praestant? An quod obliviscantur aut negligant de hoc poenitentem suos instruere; aut poenitentem monita ipsorum contemnunt? Quae brevis est origo illius caecitatis, quae tantum non eversum it fundamenta Christianissimi, stabilitumque speciem quamdam Christianissimi, stabiliuntque speciem quamdam haereseos, in re morali, periculosiorem (si dicere liceat) Christianam, quam quae ad fidem spectat? Cum tam frequens sit impugnant in Ecclesia ejusmodi veritates praedicas, quam est rarum (apud Catholicos) illic impugnant cas, quae in sola haerent speculatione. Abundè faculum nostrum suppeditat exempla, de quibus non ingemiscere non possumus. Et omnes errores illi, quibus moralis respectu est, & quibus aliqui in ipsa principia, & legem naturae impingunt, ex quo fonte alio scaturisse poterant, nisi quod ignoraretur, tum magnum illud principium, de necessitate ingrediendi viam arctam, tum indispenabile praecipuum, quatenus Christianus naturae suae sententia ac desideria oppugnare; simul quod parum animadvertere, tur, quorum res debitorum constituit in baptismo? Haec tenus Illustrissimus ac zelosissimus Episcopus Atrebatenfis. Qui pluribus deinde ex Scriptura & Traditione argumentis rem hanc, maximi certe momenti, prosequitur.

§. XXVII.

Probatio vigesima-sexta ex eo quod opinio assertans negans laboriosorum poenitentiae operum necessitatem, non sit animabus utilis, sed noxia.

IN praesenti assertionem, sicut & in aliis praecipuis momenti, prolixum me, partim necessitas, tantaeque rei momentum, partim salutis animarum zelus voluit: poenitentiam namque, etiam post multa enormiaque crimina, ut plurimum deprehenduntur ad Poenitentiae Sacramentum accedere, contenti perfuntoria veniae petitione, post examen conscientiae, ante Confessionem. Magnis precibus, gemitibus, laboribus, pulsandas à se divinae misericordiae fores, pro impetrando necessariae contritionis dono, ne noverunt quidem; persuasi, necessariam contritionem ita esse in sua potestate, ut eam facile momento, dum volunt, obtineant; seque satis contritos, dum aliqualem habent contritionis sensum; ita ut ad id necesse non sit multum orare, nec se affligere; imò, si vel unam pro criminibus suis lacrymulam stillaverint, se multum, & plusquam necesse sit, praestitisse.

Et quoniam illius persuasionis causa? Partim caecitas, ex nimio sui amore mollitiaeque proveniens: partim inconsideratio, nimiaeque animi dissipatio, quae fit ut nunquam satis perpendant, quid sit Deum offendere, praesertim enormi crimine: partim denique ignorantia Concionatorum & Confessariorum, qui, seducti laxioribus plurium Castissimarum opinionantis, contra noxiam illam persuasionem, peccatores non solum non instruunt, sed & instruentes, velut Rigoristas & Stringones apud imperitam plebem traducunt. Quo fit, ut peccatores, necessariae instructionis defectu, vel omnino negligant media, secundum Scripturam, Concilia, Patres, ad debitam contritionem necessaria; vel ea non assumant, quomodo & quantum oportet. Unde, quia deficiunt in necessariis ad gratiam conversionis impetrandam, eam non impetrant; ac proinde à debita conversione, & tandem à salute deficiunt: eò quod post Confessionem, cum

cum tali defectu peractam, imò post centenas similes, in iisdem vivant criminibus, in quibus tandem pereunt, iusto Dei iudicio incidentes in Confessarios vel ignorantes, vel laxiora sectantes, à quibus cum defectu illo precipitanter absolvuntur, contra Evangelii vigorem, contra Domini ac Dei legem, ait Cyprianus l. 1. de lapsi. Verum (inquit) est irrita & falsa pax, seu absolutio, periculosa dantis, & nihil accipientibus profutura. Quam dum Confessarii iis dant, qui necessaria contritionis gratiam iustis operibus non obtinuerunt, solatium aeternae spei adimunt, arbores à radice subvertunt. Nec ista tam est absolutio quam persecutio, per quam subtilis inimicus, impugnantis adhibe lapsi, occultà populatione grassatur, ut lamentatio conquiescat, ut dolor sileat, ut delicti memoria evanescat, ut comprimatur peccatorum gemitus. Similiter Clerus Rom. epist. 31. ad Cyprianum, dicit quòd præpropere ejusmodi absoluteone miseris ad everisionem majorem eripiatur & poenitentia. Eripiunt & Dei metus (aiunt SS. Confessores Moyses, Maximus, Rufinus & Nicolstratus epist. 26. ad eundem) ubi enim divinus metus relinquitur, si tam facile peccantibus venia praestetur? fovendi sunt enim animi ipsorum, & ad maturitatis suae tempus nutriendi, ut non antè ipsis venia seu absolutio praestetur, quam contritio ipsorum multis ac ferventibus precibus, iustisque operibus ad maturitatem, seu debitam plenitudinem pervenerit.

§. XXVIII.

Solida non sunt argumenta, quae contra assertam necessitatem Casuistae juniores objiciunt.

741 **O**bjiciunt 1.º. numquam opera impetratoria, seu preparatoria Christi à peccatoribus excigit, antequam eis peccatorum veniam concederet, sed eam absque mora concessit.

Respondeo primò, incertum esse, an plures ex ipsis, antè, per poenitentiae opera, prædicatione Joannis Baptistae, vel Christi, non forent preparati. Secundò, nullum unquam peccatorem à Christo sine absoluteone dimissum; nec unquam à Christo impostam ulli satisfactionem, vel requisitam sacramentalem Confessionem, ut per se peccata dimitteret: modo tamen illo Ecclesiam cum peccatoribus agere non debere; nec proinde cum eis per omnia agere debere, ad modum quo egit Christus. Tertio, Christum habuisse potestatem contritionis, etiam perfectae, imò perfectissimae, gratiam subito largiendi, & ut Dominum, hac in parte liberalius agere potuisse, quam possit servus. Denique Christum, utpote cordium inspectorem, absque mora absolvisse, quos internè satis contritos vidit: Ecclesiam verò, quia occulta cordis ignorat, eos solum absolvere, quos satis contritos ex operibus externis cognoscit.

742 **O**bjiciunt 2.º. dubitari non potest, quin peccatores à Confessariis per universam Ecclesiam communissimè absque praviis operibus illis preparatoris absolvantur.

743 **U**t imbelli suo illi argumento auctoritatem conciliant juniores, suam illam praxim, in Libellis & Theibus suis, communem Ecclesiae praxim appellant. Sed quam immeritò, praesenti capite pluribus argumentis demonstratum est. Enimverò neque ex communi, neque ex communissima modernorum Confessariorum praxi, Ecclesiae moderna sensus & praxis erui debet, sed ex divinis Scripturis, ex Conciliis, ex sanctis Patribus, & Sanctis novissimis, ex ipsius Ecclesiae precibus, ex Concilio Generali novissimo Tridentino, ex fidei & Ecclesiae adversus haereticos novissimis defensoribus, ex Ecclesiae Principibus, & ex quibus omnibus dictorum operum necessitatem Ecclesiae modernae sensui & usui conformem esse

Tom. III.

demonstravimus, sicut & ex Epistola Pastoralis Innocentii XII. sub initium anni 1700. edita, quae per suum in Urbe Vicarium, pro addiscenda Ecclesiae moderna doctrina, Confessarios hortatur, ut doctrinam sequantur, non in novellis, infundatisque Casuistarum modernorum opinionibus, vel praxi, sed in doctrina praxique sanctorum Patrum fundaram.

Instabis: fieri non potest, ut longè major pars Confessariorum Poenitentiae Sacramentum malè administret, major item pars poenitentium illud malè, & sine fructu suscipiat. Contra: oppositum verum esse, sequentibus demonstratur argumentis.

Primò, quemadmodum (ut sapienter à Romano Philotopho dictum est in lib. de beata vita cap. 2.) cum de beata vita agitur, à majori parte non bene arguitur; ita nec cum agitur de bona Sacramenti Poenitentiae administratione. Per consequens, non est quòd mihi illud defensionum more respondeas: Haec pars major esse videtur. Ideò enim pejor: quippe non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant in praxi. Argumentum pessimi, turba est. Queramus quid optime factum sit, non quid usitatissimum, & quid nos in possessione felicitatis aeternae, vel legitimae administrationis, &c. constituat, non quid vulgo, veritatis pessimo interpreti, probatum sit.

Secundò, tanta est humanae naturae corruptio, ut quemadmodum plures sunt mali quam boni Christiani, ita etiam plures mali quam boni poenitentes; plures denique mali quam boni Confessarii. Enimverò bene fungi officio Confessarii, à sacerdotalique vigore non deficere, difficillimum est naturae corruptae (eò quòd longè pluribus fortioribusque illecebris Sacerdotes & Confessarii hodie tententur ad sequendam laxitatem, quam ad sequendam Christianam austeritatem, ut vidimus cap. 7.) viam verò difficilem multitudo declinat, nec nisi pauciores sectantur, uti Veritas in Evangelio testatur, cum de lata & arcta via loquitur.

747 Tertio, ideò sanctus Franciscus Salesius Philotheam suam monuit, ut in Confessarium suum eligeret, non solum unum è mille (prout Avila dixerat) sed unum è decem millibus. Quia (inquit) pauciores sunt, quam putemus, apti tanto muneri.

748 Quarto, terribilius D. Hieronymus apud Eusebium epist. ad Damasum ait: Ecce mundus ubique fervet Sacerdotibus; & tamen tam sunt rarissimi Sacerdotes boni, quòd vix, è centum, bonus reperitur unus. Et Chryl. stomus homil. 3. in Acta: Non arbitror inter Sacerdotes, multos esse qui salvus fiant, sed multò plures qui pereant.

749 Quintò, Fredericus Cardinalis Borromaeus, S. Caroli Patruclis & Imitator, atque in Archiepiscopatu post aliquot annos Successor, vol. 3. *All adunanza de Confessori*, ragionam. 1. 2. 3. 4. 5. pauciores esse dicit Confessores, qui sancti Caroli regulas in administratione Sacramenti Poenitentiae sequi velint; eò quòd eorum plurimi sequantur auram popularem, & famae celebritatem, seque tantò illustriores arbitrantur, quantò ipsos in Poenitentiae tribunalibus positos major agrorum animarum turba circumcingit. Quali verò laus foret Medici, circum se innumerabilem habere agrorum exercitum, quorum ne unum quidem posset sanare. Et addit, plures eorum, licet vitæ austerioris, non obstantibus jejuniis suis, flagellationibus, & operibus bonis, perire; eò quòd contentibus nimis inconsideratè manus imponant, imponendoque peccatis communicent alienis, & pluribus causa sint perditionis, quorum animas Deus de manu ipsorum requiret. Similiter Magnus Vencientium Episcopus, Godæus, in sua Historia Ec-

R r

clat. ad annum. . . altum ingemiscit, quod "an-
 "marum Directores majore ex parte minime ref-
 "piciunt ad veram Dei gloriam, nec ad regulas
 "Evangelii, nec ad Sanctorum exempla, nec ad
 "proximi detrimentum, ut merito dicere possi-
 "mus cum Psalmista: *Salvum me fac Deus, quo-
 "niam defecit sanctus, & diminuta sunt verita-
 "tes à filiis hominum.* Cum his omnes penè Gal-
 "liarum Episcopi, seu solemnissimus & frequen-
 "tissimus eorum Conventus anni 1655. in epistola
 "Instruccionibus sancti Caroli præfixa: *Non medio-
 "cri (inquiunt) nos dolore afficit perniciofa quam-
 "plurimorum Confessoriorum in danda penitentibus
 "suis absolutioe facilitas, quam illi falsis pietatis
 "coloribus prætexunt, quasi hoc modo illos à peccatis
 "avertant, à desperatione ac Religionis contemptu
 "retrahant, &c.*

750 Sexto, bonorum Confessoriorum paucitatem
 diu ante ipsos testatum est. Penitentiale Roma-
 num tit. 9. c. 11. his verbis: *Diversis curacionum
 "generibus animarum vulnera sanare debent Confes-
 "sarii. Sed quia hoc paucorum est. . . idè solenter
 "admonemus doctum quemque Sacerdotem Christi,
 "ut non ex suo sensu, sed secundum Canonum statu-
 "ta, & traditiones Patrum, universa disponat.*

751 Septimo, de eadem testimonium quoque per-
 hibet sanctus Pontifex Gregorius VII. lib. epist.
 10. dum sic loquitur: *Sacerdotalis culminis digni-
 "tas, cum imperitiâ, tum negligentia Sacerdotum...
 "ex longo jam tempore peccatis exigentibus suis col-
 "lapsa. Ex qua quidem re, quasi ex pestifera radi-
 "ce, innumera mala exorta sunt, adeo ut usque ad
 "hæc tempora inter cetera que male pullulant vitia,
 "falsa nihilominus penitentia consuetudo inoleverit.*

752 Atque hinc octavum petitur argumentum: quia
 si major Confessoriorum pars non deficeret à sa-
 cerdotali vigore, sacerdotalisque culminis digni-
 tas in majore Sacerdotum Confessoriorumque par-
 te collapsa non esset, falsa penitentia consuetudo
 tanta non esset, ut longè rarior sit penitentia
 vera quam falsa, saltem post grandia crimina, vel
 consuetudine roborata. Atqui longè rariorem
 esse sancti Patres testantur, Ambrosius utri-
 que, Pacianus, Augustinus, & cum ipsis Guill-
 elmus Parisiensis, Albertus Magnus, Adrianus VI.
 Rosermundus, cap. 35. laudati. Ergo. Quod quidem
 penitentia consuetudo tanta non inolevis-
 set, sanctus Gregorius VII. satis indicat verbis
 proximè exhibitis. Et ratio est, quia peccatores
 non jubentur à Confessariis confessioni, vel sal-
 tem absolutioni præmittere opera preparatoria ad
 obtinendam gratiam, quæ ad veram penitentiam
 perducantur, sed sine illis à majore parte Confes-
 satorum sine vera & plena penitentia absolvuntur.
 Inde ergo falsa penitentia consuetudo. Et
 idè Petrus de Soto in Institutione Sacerdotum
 (jussu Eminentissimi Domini Othonis Cardinalis,
 & Episcopi Augustani edita, & ab eodem Cardi-
 nale, ut à Professoribus in Seminario suo docere-
 tur, & à Pastoribus observaretur, adoptata, plu-
 rimumque commedita) de remed. peccat. lect. 5.
 De his (inquit) qui multis peccatis & frequen-
 "tibus transgressionibus assueverunt, vitam sine Dei
 "timore in licentiosa libertate agentes. . . dicimus,
 "multò esse certius, nullâ ratione admittendos esse
 "ad Communionem, nisi transactis non paucis diebus
 "penitentia. Ubi statim, non parvam esse difficul-
 "tatem, non propter rationem aliquam, sed propter
 "consuetudinem; & summam eorû incuriam cura-
 "di animarum salutem, quæ factum est, ut vix sit
 "inter Sacerdotes, qui de hoc cogitet, & rarior in-
 "ter penitentes, qui sibi patiatur hoc imponi. Vide-
 "tur itaque, aut desperandum esse de plurimis pen-
 "itentibus, aut condescendum huic consuetudini.
 "Non hoc tamen permittit Soto, quia (inquit)
 "hic non possumus aliud respondere, quam in hæc

tanti momenti re, ad antiquam Ecclesiam nobis
 esse conjugendum, & illius auctoritate resistendum
 facilitati horum temporum. Talem itaque. . . mox
 post vix enarrata peccata. & levi suscepta satisfa-
 ctione, ad Altare mittere, non videmus quæ ratio-
 ne fieri possit. Et idè lect. 7. ipis præscribenda
 dicit opera preparatoria, orationes, recollectionem,
 piæ considerationes, jejunia, &c. agenda. prin-
 quam absolvantur. . . ita ut non per unum tantum,
 sed per plures etiam hebdomadas bis tenantur exer-
 citiis. His verò qui non omnino ab his alieni sunt,
 vel minus assueti peccatis, minoræ atque brevioræ.

753 Nonò, communis illa praxis majoris partis Con-
 fessoriorum non solum est radix & causa falsarum
 penitentiarum, sed & ingentium innumerabili-
 umque aliorum malorum. Siquidem praxis illa
 causa est, quod de tanto numero consensuum tam
 exiguum emendationem videamus in his qui toties,
 & tam multis ab hinc annis Penitentia Sacramen-
 tum frequentant, prout sanctus Carolus conque-
 ritur Instruct. Pastor. p. 2. cap. 1. Incuriâ etiam,
 negligentia, vel mollitie, vel nimia absolutionem
 præcipitandi facilitate praxim illam sequentium,
 multi in eisdem semper peccatis hærent, cum ani-
 marum suarum lamentabili ruina, ut ait cap. 12.
 Magna quoque ex parte culpâ & negligentia es-
 rumdem Confessoriorum accidit, quæ hæc tem-
 plate luxus, vestium ad summum verticem videtur
 evasisse. Ibid. cap. 14. Sed & manifestum est Con-
 fessorios illos, molli incuriâ suâ, maximam præ-
 bere causam, cur in omnibus se deopiscant, & exer-
 citationibus publicis, peccata gravissima inveniantur,
 & abusus intolerabiles. Quodque tam mult
 inventiantur (inter eos qui talia exercent) omnem
 vitam ferè in peccatis mortalibus duxisse, & qui
 nunquam ut oportuit Sacramento Penitentia peccata
 expiarunt. Ibidem cap. 17. Idque confirmat
 sanctus Thomas Villanovanus, cum dicit conc.
 in fer. 6. post Domin. 1. Quadrag. *Quid Eccl-
 "siam Domini hodie perdit, nisi Confessoriorum &
 "Pastorum blandiens adulatio? Et S. Fraticellus Sal-
 "lelus Constitut. Synod. tit. 9. cap. 5. dum deplo-
 "rat, quod per nimiam absolvendi facilitatem per-
 "rit tum Præbiterorum, tum penitentium multi-
 "tudo infirma. Similiter Eminentissimus D. Cardi-
 "nalis Le Camus (ob vitæ sanctimoniam, egregia-
 "que merita ab Innocentio XI. ad Purporam eve-
 "ctus) in Decretis suis Synodal. tit. 6. cap. 6. sed
 "2. dicit, quod præcipua causa impenitentia peccatorum,
 "frequentiumque in pristinis excessibus rel-
 "lapsuum, est nimia Confessoriorum quorumdam
 "facilitas in præcipitandis absolutionibus. Et Cardina-
 "lis Bellarminus conc. 8. in Domin. 4. Advent. *Ne
 "enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si non esset
 "tanta facilitas absolvendi. Denique communis pra-
 "xis modernorum Confessoriorum causa est, quod
 "digna penitentia opera, non solum in moribus ho-
 "stis, sed vix jam in libris respirantur (ait idem
 "Cardinalis conc. 8. in eandem Dominicam). . .
 "Es quid inde sequitur, nisi ut quampisimam tur-
 "tim in gehennam descendant, ex his qui consueverunt,
 "quodque ita dilatarent inferni antrum suum, ut
 "descendant ad eam sine numero. Enimvero, quid
 "est (inquit P. Segneri, laudatissimus è Soc. Theo-
 "logus) quod referent Innocentio IV. animæ
 "à sancto quodam Eremitico vise sunt in infer-
 "num deperire, sicut media in hyeme volucri-
 "bus deperant? Nam quia Christiani non confit-
 "tentur? Minime gentium. Ut quid igitur? Quia
 "nunquam bene, nunquam sincero cum dolore,
 "firmoque emendationis proposito confitentur,
 "ita ut cum Augustino dicere liceat quod consi-
 "tendo non rampunt peccata, sed interrumpunt.
 "Confiteca qua dixi cap. 7. & addè 1. quod Con-
 "fessoriorum incuriâ tantum (inquit Catechis-
 "mus Rom. p. 2. n. 939. de veteri disciplina)**

veritate remissum est, atque ita charitas refrigit, ut jam plerique ex fidelibus, ad peccatorum veniam impetrandam, nullam intimum animi dolorem atque gemitum cordis (cum pleno scilicet atque efficaci peccati odio, plenaque & integra illud destricti voluntate) necessariam putent; sed illud satis arbitrentur, si speciem tantum doloris habeant, superficiale atque doloris sensum, cordis intima non penetrantem, eoque ad momentum habito, Confessario dicant, ex toto se corde dolere, licet revera ex toto corde intum non tam doleant propter Deum offensum, quam propter aliquod incommodum, quod peccando incurrunt, uti de peccantibus ex habitu, seu consuetudine S. Thomas dicit 1. 2. q. 78. a. 2. ad 2. quod plerumque penitent de peccato, non quia eis peccatum secundam se displiceat, sed propter aliquod incommodum, quod peccando incurrunt. Aliquo ex istis modis ordinariè, & ut plurimum ad Confessionem accedunt consuetudinariè, facileque ac frequenter in eadem gravia relabentes, dum accedunt absque præmissis aliquanto tempore laboriosis pœnitentiæ operibus preparatoris, ut experientis seduli & prudentes Confessarii, dum eos penitus examinant. A majori nihilominus Confessariorum parte absolventur, sicut absoluebantur tempore Petri de Soto, ut ipse testatur et supra n. 752. non ita tamen, sed contraria Ecclesiæ praxis erat, teste Driedone de captiv. gen. hum. 1. 4. c. 1. ubi de eo qui vel semel in grande crimen lapsus est post baptismum, dicit, quod circa eum Ecclesiæ adhibet districtiorem disciplinam, exigens ab eo lacrymas, gemitum, satisfactionem, nec absolvit compunctum, nisi viderit confessum, & perseverantem in precibus, & lacrymis. Quod & testatur Petrus Soto in refut. Confess. Wittemberg. Lindanus, Lenæus, Bellarminus, & alii hæreticorum impugnatores supra relati.

755 Adde 2.º quod communissima sit praxis, quam S. Bernardinus Senensis commemorat serm. 53. de amore contentere, nec tamen censori queat Ecclesiæ praxis: Occurrit (inquit) in Confessione, sicut in mercatoribus vendentibus pannos ejusdem bonitatis, conditionis & collationis, & unus vendit pannum suum pro minori pretio, quam qui vendit majori. Ita hodie accidit in Confessione, quia Confessores, qui dant minores pœnitentias, habent majorera concursum, quam dantes magnas, & sic mercatura fit de pœnitentiis, & sic peccatores decipiuntur, & mittuntur ad inferos, & isti qui veniunt ad tales, qui dant minores pœnitentias, causâ evitandâ bonos Confessarios, causâ non habendâ congruas pœnitentias & magnas, non plus contritionis habent quam diabolus. Se tamen toto corde contritos dicunt, absolventurque à majori parte Confessariorum; sed certissimè praxim istam, licet communissimam, improbat Ecclesiæ, non probat.

756 Certissimè etiam non probat, sed improbat aliam praxim, tamen in Ecclesiæ communissimam, de qua testatur Conc. Moguntinum in Institut. Christiana supra relata tit. de satisfact. Non in occultis solum, verum etiam in publicis delictis, nemo ferè quisquam aliam quam privatam pœnitentiam imponi sibi sustinet, eamque tantâ negligentia injungunt Sacerdotes, tantâ levitate & contemptu (id est tam parvâ delicti sui estimatione) suscipiunt & gerunt laici, ut quidam nunc in Ecclesiâ pœnitentiæ vice agitur, ludus, jocisque, non pro delicti satisfactio videri possit. Quod de suo etiam tempore atque aded testatur Bellarminus, ut conc. 9. Dom. 4. Advent. deploret, quod digna pœnitentiæ opera non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur. Imò eò usque mollities animorum, ac disciplina elanguescens dissolutio processit, ut jam de vera pœnitentiâ, ac Tom. III.

sincero amore Dei loqui penè sit nefas (aiebat anno 1644. Octavius Archiepiscopus Senonensis, in suis ad Card. Franciscum Barbarinum) hoc videlicet artificium humani generis hostis excogitavit, quo satisfactis Religionis degenerem illam laxitatem pro ipsa Religione obruderet. . . ita aliter quorumlibet licentia flagitiorum, ita crux Christi evacuatur: jam enim crimen ludus est, & pœnitentiâ penè crimini datur.

Rursus aliam praxim communissimam, utique nimis facilè & præmaturè absolvendi, describens idem Cardinalis Bellarminus ibidem conc. 8. Veniunt (inquit) homines onusti peccatis, & qui milites in ea ceciderunt, & veniunt sæpe sine ullo signo doloris, nisi quod confiteantur, & ore dicant se dolere, vel pridie, vel ipso die summa celebratis, & statim absolvi, & ad sacrorum mysteriorum communionem accedere volunt. Et nos Judices inconsiderati, dispensatores infideles. . . omnibus dicimus, Ego te absolvo (ecce qualem describit communissimam sui temporis praxim). . . Sed vobis, cum Dominus rationem ponet cum servis suis.

Denique, ut alia exempla præteream, duo solum adjiciam. Imprimis major pars pœnitentium nescit requisita ad veram conversionem, nec de his ipsos ut plurimum instruunt Confessarii, teste Eminentissimo Denhoffio §. 11. dicente: Nesciunt plerique confitentes, quid prorsus requiratur ad dolorem supernaturalem, & specialiter ad veram animi contritionem, sive perfectam, sive imperfectam, opus esse, ut in tantum immutet voluntatem peccatoris, ut jam non solum affectum à peccato retrahat, sed in super odio illud prosequatur, uti disertè tradit sacrum Concilium Tridentinum.

Sed & experientia docet, paucos esse, qui sciunt, quod juxta Scripturam, qui vult justificari, debet (firmo saltem proposito) angustam ingredi portam, quia angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & lata porta & spatiosa via ducit ad perditionem. Matth. 7. Quæ de re factis dixi §. 26. At quàm paucis peccatoribus persuasum est id sibi necessarium? Ne ipsi quidem Confessarii ad id satis attendunt, nec de eo sibi confitentes instruunt, prout Patris spiritualis erga spirituales filios charitas exigit. Quia, prout Eminentissimo Denhoffio rursus testatur §. 2. hodie tam rara est vera charitas in Ministris Sacramenti Pœnitentiæ, ut in plerisque vix umbra illius appareat. Quidam putant esse charitatis, concedere absolutionem cuiquamque petenti, nihil pensi habentes, sine vitam datura, an mortem, pro diversa pœnitentium preparatione. Alii credunt pertinere ad charitatem, ut levem pœnitentiam imponant, quamquam hæc neque cum perpetratis delictis ullâ proportione congruat, neque delinquentis, ad ea quibus opus habet, assequendum sit idonea. Alii charitatis officium arbitratur, non demonstrare lapsis miserandam conditionem, in qua hærent, vano scilicet prætextu, ne posthac scientes & volentes contra conscientiam peccent, etiam ubi ignorantia non est sine culpa. . . Hujusmodi charitas similis est illi, quæ Medicus medicinam, aliquam optimam, præberet ad nutum ægroti, non discernens utrum hic & nunc salutem datura sit, an illatura mortem. Vel quæ præscriberet unguenta ac dulces potiones, ubi opus est sektionibus & pharmacis amaris: vel denique, quæ nollet inicare gravè mali periculum, ut rebus suis æger maturè prospiciat, nempe ne eum pavore conturbet. Vera charitas Christiana querit omnis generis remedia, lenia juxta ac fortia, dulcia & amara, quibus juvare possit lapsos, ut è miserando vitiorum statu resipiscant. Et quia, secundam Apostoli dictum, charitas patiens est, benigna est, 1. Cor. 13. 4. magnam Sacerdotibus qui eâ præditi sunt, inspirat patientiam, & benignitatem erga pœnitentes. Ecce

quot ex capitibus inaniter arguitur à communissima modernorum Confessariorum praxi.

760 Obijciunt 3^o. praxis mox absolvendi peccatores, etiam magnos, absque pravus poenitentiae operibus preparatoriis, definitivè approbata est per Alexandrum VIII. in Decreto de die 7. Septembris 1660. quo sequentes damnavit propositiones: 16. *Ordinem praemittendi satisfactionem absolutioni induxit, non potest aut institutio Ecclesiae, sed ipsa Christi lex & praescriptio, naturam rei ipsam quodammodo dicente.* 17. *Per illam praxim mox absolvendi ordo poenitentiae est inversus.* 18. *Consuetudo moderna, quoad administrationem Sacramenti Poenitentiae, etiamsi eam plurimorum hominum sustinet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.*

761 Respondeo antecedens esse certissimè falsum: quia praxis seu consuetudo moderna, quoad administrationem Sacramenti Poenitentiae, quam Alexander VIII. suo illo Decreto definit habendam pro usu, non pro abusu, sola est praxis absolvendi peccatores, mox ut cognoscuntur sufficienter contriti, absque pravus satisfactione pro poena, remissa iam culpa, quae post absolutionem peragi potest. Sola quippe praxis ista censeri potest Ecclesiae praxis. Sola per Ecclesiam approbata. Sola denique, quam Theologi omnes absque controversia fatentur esse Ecclesiae modernae praxim. Non autem praxis illa, quae juniores Casuistae praetendunt mox absolvendos peccatores quoscumque, etiam magnos, etiam recidivos, etiam consuetudinarios, absque praemissis aliquanto tempore operibus preparatoriis, ad impetrandam, Confessarioque probandam sufficientem conversionem, seu contritionem suam. Quam praxim, licet plurimorum Confessariorum sustentet auctoritas, multique temporis diuturnitas confirmet; probabile non est, Ecclesiae modernae praxim esse. Nec certè talis probari potest, nisi vera sit haec propositio universalis: *Omnis consuetudo moderna administrandi Sacramentum Poenitentiae, quam plurimorum hominum sustentat auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmat, ab Ecclesia habetur pro usu, non pro abusu.* Si enim universalis ista non sit vera; si (inquam) non omnis, sed aliqua particularis dumtaxat consuetudo moderna, quam plurimorum hominum sustentat auctoritas, &c. ab Ecclesia habeatur pro usu, non pro abusu: pro sua illa particulari consuetudine (proximè dicta) juniores Casuistae concludere non possunt, nisi contra Dialecticæ leges, secundum quas ex puris particularibus nihil sequitur. Atqui certissimum est universalem illam non esse veram; certissimum (inquam) non omnem consuetudinem modernam administrandi Sacramentum Poenitentiae, quam plurimorum hominum sustentat auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmat, ab Ecclesia haberi pro usu, non pro abusu. Alias ab Ecclesia pro usu, non pro abusu haberentur omnes modernae consuetudines, à numero 749. ad 760. recensita; utpote quas certum est plurimorum hominum auctoritate sustentari, & multi temporis diuturnitate confirmari. Istud verò profus impossibile est: cum ex iis aliquae, si non omnes, per Innocentium XI. & per Concilium Tridentinum, & per Patres omnes improbantur; per solasque novellas & infundatas opiniones approbantur. Declarat autem Innocentius XII. rectam administrationem Sacramenti Poenitentiae, in novellis infundatisque opinionibus non esse fundatam (prout illae sunt) sed in doctrina praxique SS. Patrum. Vide supra cap. 2.

762 Quisquis igitur falli non vult in re tanti momenti, modernae Ecclesiae hac de re sensum & praxim discat potius à SS. Patribus, ab Ecclesiae

modernae Principibus; ab eisdem Ecclesiae adversus novissimos hereticos defensoribus, à Concilio denique Tridentino, quam à novitis Casuistis, vel privatis Confessariis novellas opiniones sequentibus, non doctrinam praximque SS. Patrum. Opera verò preparatoria, magnis saltem peccatoribus, ad obvenandum, Confessarioque latis probandam conversionem suam, ante absolutionem ordinariè esse necessaria, docent uno ore SS. Patres. docent Ecclesiae modernae Principes (sapientissimi utique Cardinales & Episcopi) docent concorditer eisdem Ecclesiae adversus novissimos hereticos defensores, docet Tridentinum, ut in superioribus est demonstratum.

Hec plusquam sufficienter ad demonstrandam objectionis imbecillitatem. Solum proinde addo, in tanta varietate doctrinae circa administrationem Sacramenti Poenitentiae, aliam non esse praxim, quae verè, & absque controversia dici queat praxis, seu consuetudo Ecclesiae modernae, nisi illa quam supra dixi, juxta quam utique Poenitentiae Sacramentum ab omnibus per Ecclesiam universam administratur, non exigendo satisfactionem ante absolutionem, prout antiqui Canones exigebant; sed ante peractam satisfactionem absolvendo poenitentem, quem Confessarius cognoscit satis esse contritum, nisi iustus de causis citationem absolutionis, per modum medicinae praeservativae à relapsu, prudenter aliquando judicet expedire. Illam ergo, non aliam Alexander VIII. intellexit, per praxim & consuetudinem modernam. Neque enim intellexit praxim aliquam, seu consuetudinem modernam, de qua controversia est, siue an non sit praxis Ecclesiae modernae (cum praxes modernae controversae sint admodum variae, ut supra vidimus; & si earum aliquam Pontifex intellexisset, eam certis quibusdam notis designasset, & à ceteris distinctisset: hoc enim necessarium fuisset, ne suam quisque praxim modernam ab Ecclesia per Alexandrum VIII. approbatam praeferret; sique controversiam Pontifex sua definitione non terminasset, sed auxisset) solum ergo intellexit praxim seu consuetudinem modernam, quam omnes Catholici pro modernam Ecclesiae praxim sine controversia intelligunt. Qualis est sola quam supra dixi. Sensus quidem modernae Ecclesiae est, rigorem omnem veterum Canonum Poenitentialium, non esse hodie necessarium servandum; nec privatè auctoritate in usum revocandum: utpote ab Ecclesia iustissimè temperatum. Sed non idem in totum est negligendum, quod non sit in totum sequendus. Quia licet et modernae Ecclesiae sensu in totum servanda non sit, quae olim servata fuit, exterior disciplina servandus tamen est idem interior spiritus, idemque finis principalis praecausis habendus, ad eumque per media moraliter necessaria collimandum, ut saepius dixi.

Obijciunt 4^o. satisfactionem ante absolutionem à nobis exigi, dum exiguntur laboriosa poenitentiae opera, utpote quae sunt satisfactoria.

Respondeo ea à nobis non exigi ut satisfactoria pro poena temporali, dimissa iam culpa; sed ut imperatoria contritionis & remissionis culpae. Nec velle nos, cum Petro de Oliva, contentes, non peracta poenitentia, absolvendos non esse, licet sufficienter contritos. Neque enim volumus poenitentiam esse debere peractam, id est integrè actam (prout ille volebat, & antiqua consuetudo exigebat;) imò volumus, peccatores absolvi posse, etiam ante inchoatam poenitentiam externam, si sufficienter contriti deprehendantur.

Obijciunt 5^o. Tridentinum sess. 6. c. 14. 2^o 15^o gens de lapsis, & eorum reparatione, dicit, *Christiani homines... poenitentiam contineri... satisfactionem per jejunia, elemosinas, orationes, & alia*

pia spiritualis vite exercitia, non quidem pro pœna æterna, que vel Sacramento, vel Sacramento voto, unâ cum culpa remittitur; sed pro pœna temporalis, que (ut sacre Littere docent) non tota semper, ut in Baptismo fit, remittitur. Ergo opera pœnitentia necessaria non sunt ad remissionem culpæ, pœnæque æternæ, sed ad remissionem solius pœnæ temporalis.

Respondeo negando consequentiam. Quia manifestum est ex ipso verborum tenore, totoque contextu, Tridentinum (cum dicit satisfactionem per jejunia, &c. non fieri pro pœna æterna, sed pro temporalis) loqui juxta communem linguam & sensum Scholasticorum istius temporis, qui de satisfactione pro culpa loqui non solebant, dum de satisfactione agebant (uti Maldonatus observat cap. 2. de satisfactione) sed de satisfactione pro sola temporalis pœna: opera verò pœnitentia pro culpa & pœna æterna vocare solebant preparatoria, non satisfactoria, prout vidimus §. 11. Unde Tridentinum aperte significat, de ea se satisfactione duntaxat agere, que absolutionem, atque ad se justificationem, culpæque proinde ac pœnæ æternæ remissionem consequitur, cum ait, satisfactoriam per jejunia, &c. non fieri pro pœna æterna, que vel Sacramento... unâ cum culpa remittitur; sed pro pœna temporalis, que non tota semper remittitur, remissa culpa. Quia in re Calvinum non puduit, Tridentinos Patres ac Theologos arguere, quod distinguere opera satisfactoria, & preparatoria: *siquis enim* (inquit) *distinctionem pœnæ & culpæ. Culpam remitti fatentur Dei misericordiam: sed eâ remissa, pœnam restare, quam per se ipsi Dei justitia postulat. Ad pœnam igitur remissa culpâ remissionem propriè spectare satisfactionem. Que est ista, bone Deus, defultoria? levis tas? Culpam remissionem nunc gratiam fieri concedunt, quam precibus, & lacrymis, atque omne genus preparationibus emereri subinde docent. Et revera opera illa Tridentino probata fuisse ostendimus §. 9. Unde Pallavicinus l. 8. Hist. Trident. c. 14. circa verba ista cap. 8. fest. 6. gratis justificari ideo dicimus, quia nihil eorum que justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationem gratiam promerentur, observat, placuisse quibusdam, ut diceretur, fidem absque operibus justificare; sed hoc à pluribus repudiatum, animadvertentibus, præter fidem, esse quadam opera utilia ac necessaria ad habendam justificationem. Idedque retenta esse verba que nunc extant. Vasquez quoque l. 2. disp. 203. c. 9. ostendit, ex Tridentino non bene probari, per opera pœnitentiæ, justificationem antecedentia, nos non satisfacere pro culpa & pœna æterna.*

Objiciunt 6^o. Praxis assertionis nostræ solum est in usu Ecclesiarum Gallicarum, Belgicarumque; solum proinde in usu apud paucos.

Respondeo 1^o. quamvis ita etiam, non ided aliena esset à vera praxi Ecclesiæ, etiam modernæ. Cum moderna Ecclesiæ praxis non sit illa, que apud plures per Orbem Sacramenti Pœnitentiæ Ministros est in usu; sed que juxta sanctorum Patrum praxim & doctrinam (que ipsius quoque Ecclesiæ modernæ, juxta Innocentium XII. praxis & doctrina est) in usu esse debet, etiam tantum in usu sit apud pauciores. Quia, ut supra dictum est, non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant in praxi; nec illud semper bonum, seu bene factum, quod est usitatissimum. Imò argumentum pessimi, turba est, ut optime Seneca.

Respondeo 2^o. assertionis nostræ praxim in usu quoque esse Ecclesiæ Romanæ, aliarumque Matris & Magistræ. Cum probabile non sit Cardinali Aguirum, in ipsa Romana Ecclesiæ facie, palam (approbante S. Palatii Magistro) in ipsius

etiam S. Pontificis oculis, docuisse praxim, quæ nemo in Ecclesiâ Romana utitur, sicut & docuit Cardinalis Bellarminus, Cardinalis item Denhoffius & Ursinus, atque cum ipsis Emericus de Bonis, Paulus Segneri, &c. Cumque doctrina & praxis, pro qua decernimus; apud Sedem Apostolicam jam dudum examinata fuerit, probabile non est quod à reprehensione & improbatione transisset immunis (uti revera transit, dum eidem Apostolicæ Sedi delatus fuit Arnaldi Liber de freq. Commun. Huyghonii Methodus remittendi, &c.) si adverteretur usui omnium in Ecclesiâ Romana. Denique probabile non est, nullum in Ecclesiâ Romana usum esse quoad hoc Canonum novissimorum horum sæculorum, doctrinæque ejusdem Ecclesiæ in Rituali Romano comprehensa, nullum etiam satisfactorie intentioni, quam Christus habuit duplicem Sacerdotibus potestatem conferendo, ligandi & solvendi. Telle verò Cardinale Denhoffio pag. 224. & 225. Gallicæ Editionis; praxis, pro qua decernimus, omnino conformis est sacris Canonibus novissimorum horum sæculorum, doctrinæque ejusdem Ecclesiæ, &c. Paginâ verò 209. dixerat, omnino conformem esse duplici illi potestati, ligandi scilicet & solvendi: "parce que hier dans le Tribunal de penitence, selon le sentiment d'un grand Theologien" (Vasquez de penit. q. 90. n. t. dud. 29.) "ne consiste pas seulement à refuser l'absolution; mais aussi à obliger le penitent à pratiquer certains exercices de piété; & des œuvres de pénitence propres à le disposer pour recevoir une autre fois l'absolution. De forte que selon la pensée de ce Docteur, les Confesseurs qui en usent autrement, n'exercent qu'en partie leur ministère, ne satisfont pas à l'intention de Jesus-Christ le Souverain Pasteur." Hæcenus Cardinalis ille piensissimus, cujus doctrina haud dubie prædicatur à plerisque Confessariis Diocesis Calenensis, pro quibus Instructionem suam Pastoralem concepit, & à Confessariis amplissima Diocesis Beneventanæ, pro quibus eandem Instructionem Cardinalis Ursinus adoptavit, à subditisque suis observari voluit. Sed & ab annis plurimum centum Romæ scribens Emericus de Bonis in tract. de Sacram. altaris, posteaquam dixit, quod "qui habitum peccati contraxit, non nisi magno nisu, magnæque animi contentione excitare in se salutiferum peccatorum dolorem valet; idedque necesse est, ut tales subeant, post exposita expansaque flagitia, pœnarum & laborum genera, quibus tentant, dolent, & detestentur præteritas culpas; quod quia ab illis non exigitur, citò suum vomitum resorbent." Statim subjungit: "Multi Confessarii pii, prudentesque, testantur, innumeros homines, qui peccatis prius obstricti erant, quod eam rationem tenuissent, dilataque absolutione sæpius ad Tribunal penitentiæ, ut animi statum identidem aperirent, illis redire jussissent, impositâ interim delictorum pœnâ, pristinos mores in melius mutasse, & magno gaudio, magnoque deinceps in virtute progressu, infandam peccati consuetudinem abjecisse." Idem testatur P. Segneri (nuper Theologus Pontificius, qui majori parte vitæ per totam Italiam Missionarius fuit) in Instr. Confess. c. 4. & in lastroct. penit. c. 9. Qui libri tanto Romæ sunt in pretio, ut Romano in Seminario Sacerdotibus, ad Sacramenti Pœnitentiæ ministerium destinatis, vel Confessariorum Manualia proponantur. Igitur praxis, pro qua contendimus, in usu est in Ecclesiâ Romana.

Objiciunt 7^o. Ritualia non dicunt, opera externa pœnitentiæ, à peccatoribus, etiam magnis, 767 absolutioni præmittenda; ergo, &c.

Respondeo negando consequentiam: neque
Rr 3

enim necesse est, ut omnem de penitentia doctrinam expriment Ritualia, quæ ritus & ceremonias præcipue tradunt. Atque, ut bene Doctores Lovanienses in declaratione an. 1701. cui titulus, *Via pacis p. 32. est quedam Ritualia, Pastoralia, & Episcoporum Instructiones de operibus preparatoris absolutioni præmittendis mentionem non facerent* (quam tamen ex iis nonnulla faciunt, signanter Instructiones Cardinalium Episcoporum, Deahoffii, Ursini, & Sacramentale Ambrosianum S. Caroli Borromæi, Institutio Christiana Concilii Moguntini, &c.) non tamen sequeretur, illorum sensum esse, quod ea exigi non deberent. Nam multa aut jam ex sacris Litteris, Conciliis, Patribus, vel aliunde nota esse supponunt; aut certe inde petenda relinquunt (v. g. facilis, an difficilis soleat esse peccatorum conversio? Repentina, an tarda? Fierine soleat per opera pœnalitia, an sine illis? Quæ conversionis signa, &c.) Ideoque brevissimè tantum dicere solent, requiri dolorem, vel conversionem. Item absolvi non posse, qui doloris vel conversionis signa non præbent (signa utique, juxta Scripturam, Concilia, & Patres sufficientia) sed quo modo dolor ille acquiri soleat, vel ad conversionem veniri: aut qua signa doloris, vel conversionis sint, non explicant.

768 Non ergo sequitur: quædam Ritualia de operibus preparatoris explicitè mentionem non faciunt: igitur ea non exigunt. Sufficit enim quoddam de iis meminerint implicitè, cum dicunt requiri dolorem & conversionem, item doloris & conversionis signa. Dolorem enim & conversionem, post grandia saltem crimina, juxta Scripturam & Patres, acquiri non solere nisi per opera, eademque doloris & conversionis signa esse, jam aliunde notum supponunt.

CAPUT XLII.

Ex doctrina capitibus superioribus demonstrata inferitur primò, nimis laxam videri regulam administrandi Sacramentum Penitentia, quam tradit Author libri, cui titulus: Praxis solida, & per Ecclesiam communissima, remittendi & retinendi peccata.

769 **L**ibri istius fama publica Authorem facit R. P. Antonium à Burgundia, è Soc. J. S. Th. Lov. Professore. Facit & Joannes Pollenter ad propositionem 66. ab Innoc. XI. damnatam, necnon Author petulantis Libri, cui titulus: *Doctrina non Universitatis Lovaniensis*. In præfatione prioris Libri, Author, ad impartendam licitè absolutionem, extra necessitatem, a. 2. §. 3. & 4. & a. 3. §. 4. n. 305. contentus esse videtur conversione probabili, ita ut hoc ipso quoddam Confessarius probabile aliquid habet motivum de sufficienti dispositione penitentis, ipsum licitè possit absolvere. Unde passim ad hoc sufficere dicit probabile iudicium de sufficienti penitentis dispositione. Cumque nullibi requiratur, ut iudicium istud sit magis probabile, imò ne quidem ut æquè probabile sit, ac oppositum: velle videtur sufficere iudicium minus probabile, & hoc in administratione Sacramenti Penitentia, in qua licitum non est absolutionem impendere super materia dubia.

770 At hoc profectò solidum non est, nec proinde praxim solidam fundare potest, utpote ab Innocentio XI. damnatum proposit. 1. 2. & 3. Tametsi ergo, ad prudenter impendendam absolutionem, necessaria non sit tanta certitudo, quanta extra necessitatem necessaria est, dum materia est sensibilibus; non sufficit tamen probabilitas quæcumque, sed tanta requiritur, ut pro morali habeatur certitudine, eò quod tam magna sit, ut licet subinde tenuis in contrarium probabilitas occurrere queat,

in concursu tamen longè majoris in contrarium probabilitatis, hic & nunc moraliter non videatur attendenda, uti latius explicavi in materia de opinione probabilis: ubi ex Philosopho, Boëtio, Angelico Doctore, aliisque Doctoribus antiquis, ostendi, tantam probabilitatem in moralibus, in quibus haberi nequit omnimoda certitudo, pro morali certitudine reputari.

Verum-enimverò probabilitatem tantam non exigit Author ille, uti nec Carolus ab Assumpcione, qui in Elucidat. circa usum Abiol. in præfat. pag. 3. & c. 1. p. 10. minima (inquit) probabilitas sufficit, ad non leviter credendum quod penitens sit contritus, & ut absolvi possit. Quod quomodo ab Innocentio XI. in dictis propositionibus damnatum non sit, non video.

Sed ad solidam (minimè profectò solidam) praxim Authorem revertamur. Respondens ipse ad argumentum, quo concludebatur, absolutionem consuetudinarius differendam primà vice accusant de peccatis consuetudinis, eo quod utique consuetudinarius passim, primà vice accusantibus vice, verà tunc contritione caruisse, ex post facto deprehendantur, eò scilicet quod ipsis contritio nullum sortita sit effectum, & non alia consuetudinarius hic contritionis signa det, quam alii passim consuetudinarii. Num. 130. Dico, inquit, 1. falsum esse quod nullum in consuetudinarius passim, primà vice accusantibus, contritionis effectum possint deprehendere. 2. Ut id verum esset, non idèò iudicari non posset, illos veram tunc contritionem habuisse. Non vices unæ, sed plures iudicium hoc impediunt. 3. Ex eo quod consuetudinarius unus verà caruerit contritione, putandus non est eà carere alius, et si non alia quam prius signa doloris dederit. Quia ex eo quod unus mentiatur homo v. g. iudicari non potest, & mentiri alium, similia simili asserentem modo. Ex eo quod plures Mercatores imponant emptoribus, iudicari non potest, quod alius itidem imponat istisem. At si constaret nobis, quod idem hic jam sæpius mentitus sit, sæpius e mentibus impoſuerit; non facile iudicabimus, cum istisem non imponere, dum eodem quo antè semper extremo agit modo.

Hæcine tua illa praxis solida, R. Pater? Hanc Confessarios doces, in negotio maximo, unde infinitarum pendet animarum salus? An non tibi metuendum est, ne istas Salvatoris querimonias innoves: *filius huius sæculi prudentiores filius lucis in generatione sua sunt*? Quis non imprudentia & incuria arguet eum, qui tam perfunctorie facularia negotia pertractaret? Quis, inquam, non imprudentem diceret Mercatorem, qui aureos emptoris nummos, quem esse scit de forte eorum, qui vel adulterinos, vel suspectos obrudere solent, pro sinceris acceptaret, statim atque sincerus emptor esse assereret, absque recurſu ad lapidem Lydium, aliudvè exactæ probationis argumentum? Quis ipsum non irideret, si, tali in casu, hoc uno contentus foret argumento, quod tametsi istius farina homines in ejusmodi rebus esse soleant suspectæ fidei, de hoc individuo homine non constet esse talem, adeoque prudentia permittat bene de ipso præsumere?

Sed, ad amplius detegendam istius Scriptoris infirmam firmitatem, percurramus singula quæ dicit: Potest iudicari (inquit) consuetudinarius, primà vice de peccatis suæ consuetudinis accusantibus, passim habere veram contritionem. Igitur ordinariè statim possunt absolvi. Nihil antecessente isto vacillantius. An consequente sit aliquid dissolutius? cordatorum esto iudicium. An non frequens est, talibus consuetudinarius ad debitam dispositionem aliquid deesse, vel sufficientem utique dolorem, vel propositum tam efficacem, quam requiritur.